Holtze, Friedrich Wilhelm
Syntaxis

PA
2289
H65

SYNTAXIS

FRAGMENTORUM SCAENICORUM POETARUM ROMANORUM
QUI POST TERENTIUM FUERUNT

ADUMBRATIO.

SCRIPSIT

FR. GUILELMUS HOLTZE.

OPUS POSTUMUM.

LIPSIAE
OTTO HOLTZE.
1882.

SYNTAXIS

FRAGMENTORUM SCAENICORUM POETARUM ROMANORUM
QUI POST TERENTIUM FUERUNT

ADUMBRATIO.

SCRIPSIT

FR. GUILELMUS HOLTZE.

OPUS POSTUMUM.

LIPSIAE
OTTO HOLTZE.
1882.

PA
2289
H65

Obiit Numburgi a. d. VIII. Kal. Mart. Fridericus Guilelmus Holtze. Quod ubi audivi, nescio quo modo Horatianum illud: „Multis ille bonis flebilis occidit“ in mentem venit. Nec mirum; nam recordanti mihi illud tempus, cum ante hos plus quadraginta annos ab eo primis bonarum artium elementis institutus sum, ultro omnium, qui et antea et postea in eodem quo ipse loco fuerunt, memoria excitata est. Qui si non minus quam ego ei gratias et habuerunt et egerunt, qui tandem magno cum bonorum luctu non occidit? Verum in hoc ipso, cum reputarem, magnum inesse solatium vidi, nulli enim, ut Cicero Catonem dicentem facit, bonarum artium magistri non beati putandi sunt, quam vitam beatam si cuiquam illi obtigisse censendum est. Etenim ne repetam, quod modo significavi, quantum voluptatis percipi posset ex consuetudine adolescentium optimarum artium studiosorum, quorum et ingenia literis excolenda et animi ad optimum et pulcherrimum quodque instituendi essent, — id enim omnibus bonarum artium magistris commune est — sed illi praeter innumerabiles contigit, vix ut ulla literarum pars esset, ex qua non privatam, ut ita dicam, voluptatem praeter publicam illam, quae ex ipsa schola redundaret, perciperet. Ut non commemorem, quantum ille operae et laboris collocaverit in pervestigandis scriptoribus latinis — nota sunt opera, quae ex eo studio publici iuris fecit, et enumerata in libello scholastico gymnasii Numburgensis a. 1881 — haec igitur ut omittam, nondum in lucem edita domi iacet syntaxis Liviana, liber satis magnae molis et ingentis assiduitatis, in quo multos annos desudavit, nunc hic libellus exit, pariter ac Livianum illud opus ab auctore ad umbilicum adductus. Iam si haec et talia perficere non cuiusvis est, quid? nonne admirabile ac paene divinum videtur, quod ne a levioribus quidem studiis animus eius abhorrebat? Erat haud mediocriter peritus rei musicae et clavichordio canendo artifex, idem in latrun-

culorum ludo, quem vulgo scachium dicunt, ita non rudis, ut, si non primus, at inter primos non ultimus esset, quid? quod etiam re gymnastica nos erudiebat pueros. Haec omnia in quo sunt, nonne eum vitam beatam egisse censeamus? in quem tandem magis illud cadat: ‚Non omnis moriar'? —

Sed satis de his, non est, non, inquam, cur lugeamus. Ego autem haec conscribenda putavi, ne et orbus quodammodo patre libellus iste in lucem prodiret, et ut ipse animum pium gratumque, quo in Holtzium essem, significarem, eaque in re me non paucorum interpretem exstitisse puto. Have pia anima!

Scribebam Nordhusae mense Septembri MDCCCLXXXI.

Guil. Tell.

Ad supplendam syntaxin meam priscorum scriptorum latinorum usque ad Terentium, quae edita est a. 1861 et 62, haud ab re esse duxi paulo longius progredi et syntaxin etiam fragmentorum scaenicorum poetarum Romanorum, qui post Terentium fuerunt, exponere. In quibus fragmentis concinnandis et emendandis quam egregiam operam collocaverit Ribbeckius cum nemo ignoret, fere ubique eam verborum singulorum scriptorum conformationem, quae apud Ribbeckium est, servatis etiam versuum numeris secutus sum. Enumerabo autem infra singulorum poetarum tam tragicorum quam comicorum, quorum fragmenta extant, nomina, additis siglis, quibus in afferendis verbis eorum usus sum.

Poetae tragici.

Pacuvius (Pac.).
Accius (Acc.).
Pompilius.
C. Iulius Caesar Strabo (Iul.).
Santra.
L. Varius Rufus (Var.).
Gracchus.
P. Ovidius Naso.
P. Pomponius Secundus (Pomp.).
Scaevus Memor.
Incertorum poetarum fabulae.
Incertae incertorum fabulae (inc. inc. trag.).

Fabulae praetextae.

Pacuvius (Pac. praet.).
Accius (Acc. praet.).

Poetae comici.

Fabula palliata.

Luscius Lavinius (Lusc.).
Valerius.
Turpilius (Turp.).
Incertae incertorum fabulae (Pall. inc. inc.).

Fabula togata.

Titinius.
Atta.
Afranius.

Fabula atellana.

Pomponius Bononiensis (Pomp. Bon.).
Novius.
Mummius.
Aprissius (?).
Incerti nominis reliquiae (Atell. inc. nom.).

Mimus.

Laberius.
P. Publilius Lochius Syrus.
P. Syri sententiae (Syr. sent.).
Marullus.
Lucilius.
Anonymorum mimorum reliquiae (anom. mim.).

I. Syntaxis substantivi et praepositionum.

1. Substantivum abstractum pro concreto usurpatum est ap. Titin. 94 Meae deliciae. Appositio: Acc. 493 ante auroram, radiorum ardentem indicem. Pall. inc. inc. 64 vinum, deus qui multo est maximus. Subst. verbalia: dictio Pac. 150. 308. inc. inc. trag. 49. — domum itionis inc. inc. trag. 27; Acc. 173 domum itione. Pac. 173 domum itionem dedit. — gressio Pac. praet. 5. Substant. Mipsis Pompon. Bon. 133 Ad Veneris.

2. Substantivi numerus. Acc. 191 turbam, Non. 524, 25. v. 608. — Acc. 265 divitiam. — inimicitiam Pac. 111: Acc. inc. fab. XXXVIII; inimicitias Acc. 42. — Afran. 416 cervicem; Pac. 3; Pac. 18 *cervicum* — crines. — Plur. nominis proprii: Acc. 321 Mavortes — duo. Plurales nominum abstractorum: Inc. inc. trag. 114 malitias. Turpil. 157 malitiis. Pomp. Bon. 141 laetitias insperatas. Syri sent. 298 omnes — metus. 347 receptus difficiles. 678 Odia.

3. Casus substantivorum. Nominativus subiectum est verbi impersonalis Syr. sent. 86 quod paeniteat. Nom. subiecti et praedicati Syr. sent. 711 quidam inimici graves amici sunt leves.

Ablativus loci, qui respondet ad interr. unde. Pac. 55 regno expellunt. Acc. praet. 34 regno expellat. Inc. inc. trag. 199 expulisti — patrio lare. Pac. 167 reditum est Pergamo. 305 te ara arceam. Acc. 334 Regno exturbatus. 592 elimina (= exi) urbe. Inc. inc. trag. 73 advenio Acherunte. 215 caelo cedens. 258 repetebat domo. Turp. 52 somno segregant. 91 Patria protelatum (= exclusum). 164 Ut ille hac sese abstineret. Pall. inc. inc. 2 Athenis Megaram — advenit. Titin. 40 hac domo abhorres. 45 aedibus eum absterrui. 47 nec virum aspellit domo. 52 aedibus

Facessat. 77 extorrem — Domo. 147 aedibus Emigrarunt. 314 Domo atque nostra familia protruditur. Pompon. Bon. 88 deiectum domo. Nov. 88 deturba te saxo. Laber. 104 labefecit loco.

4. Abl. loci, qui respondet ad interr. ubi. Pac. 308 Delfis. Acc. 537 ubi habet? urbe agrone? 569 Hac. 630 qua = inc. inc. trag. 105. Syr. sent. 244 qua cumque. inc. inc. trag. 259 Athenis. Afran. 196 domi = 210 = Pomp. Bon. 85. Turpil. 163 supersederem nuptiis. Titin. 61 rure. 175 ruri. Afran. 107 recta. 118 qua contendis semita. 135 Consimili grassantur via. Nov. 72 recta grassatur via. 73 hac eadem grassatus via Sum. Pomp. Bon. III medio habitat. Syr. sent. 259 locis remotis qui latet. 260 loco ignominiae. 384 virtutis loco. 388 sermonis locost. 619 criminis — loco.

5. Abl. temporis. Pac. 88 Solisque exortu capessit candorem, occasu nigret. Acc. 677 hieme. Inc. inc. trag. 80 Qua tempestate. Acc. praet. 41 Nocte intempesta. Afran. 105 intempesta noctu. Pall. inc. inc. 2 vesperi. Titin. 13 Noctu diusque. 22 tempori. 27 Nec noctu nec diu. 50 nocte. 152 quo die. Afran. 47 noctu. 84 Principio. 138 luci. Pomp. Bon. 56 Decumo mense. 85 calendis — idibus. 133 mane. Nov. 95 quinquatrubus. Laber. 69 hac nocte. Syr. sent. 209 illo nocens se damnat, quo peccat die.

6. Abl. absolutus. Pac. 347 Exorto iubare, noctis decurso itinere. 359 Mortis sibi terrore iniecto. 398 undis concursantibus. 411 occidente sole. Acc. 38 rebus dubiis. 583 tam adverso augurio et inimico omine. Inc. inc. trag. 81 expletis — mensibus. 89 Solvere imperat secundo rumore adversaque avi. Afran. 77 Sollicito corde. Laber. 109 bis tricenis annis actis. Syr. sent. 562 imperante animo. 585 sanato vulnere.

7. Ablativus comparationis. Acc. 560 Frygiam mitiorem esse [aio] immani Graecia. Inc. inc. trag. 175 potiorque est patre. Turp. 80. Laber. 129 nictu citius. Syr. sent. 655 meliorem pessimo. 666 maximo — minus. 822 plures prima.

8. Abl. differentiae. Pac. 319 Quam te post multis tueor tempestatibus. Acc. 129 aliquanto longius. 136 sq. quanto magis te isti modi esse intellego, Tanto — magis me par est tibi consulere. 377 sq. quanto — tanto = Syr. sent. 451 = 502 = 539. Pall. inc. inc. 64 multo — maximus. Afran. 75 paulo prius. 121 tristiori paululo. 254 paulo saepius. 289 quanto facilius. 296 pauxillo

prius. 352 impendio — magis. Nov. 20 quanto — melior. 34 Non multo post. 94 quanto — Plus. Laber. 111 sq. hoc die Uno plus. Syr. sent. 78 gravius multo. 147 multo facilius. 548 amicis eo magis dees quo nihil habes. 748 sordidius multo. 802 multo — plus. 803 peius — multo.

9. Ablativus copiae et inopiae. Acc. 685 abundans fortunis. Santra 1 oppletum sono. Ovid. 2 plena deo. Inc. inc. trag. 214 me lumine orbavit. Turpil. 149 Quibus rem rebus dispoliasti. 157 expers malitiis. 162 opplereque — fama ac flagitiis. 189 sq. mira lenitudine Ac suavitate abundat. Pall. inc. inc. 78 minimo eget. Afran. 16 laetitia onustum. 240 Orbus virili sexu. Pomp. Bon. 183 quo pacto caream tam pulchra penu? Syr. sent. 82 caret periclo. 242 minimo eget. 264 doctore indigent. 294 inimico caret. 781 eo carere. 788 virtutibus multis abundat.

10. Abl. pretii. Inc. inc. trag. 144 auro vendidit. Turpil. 8 pretio conductam. 93 Pretio — redempto. Pomp. Bon. 110 Non didici ariolari gratiis. Syr. sent. 683 parvo fames constat, magno fastidium. Anon. mim. 9 sq. vili vultis emere Et caro vendere. Cognatus huic est abl. 231 Pelopia digner domo.

11. Abl. instrumenti. Pac. 5 et 6: *saeptuosa dictione* abs te datur, Quod *coniectura* sapiens aegre contuit. 9 perdita *inluvie* atque *insomnia*. 13 Flammeo vapore torrens. 15 increpare dictis saevis. 22 vescatur armis. 38 quando est percussa lapide. 61 Habeo ego istam qui distinguam — geminitudinem. 78 coniectura — augurat. 86 complexu continet Terram. 108 arte hac vescimus. 114 aula resonit crepitu musico. 126 ni turpassis vanitudine aetatem tuam. 128 aegritudine — confici. 130 Si quis hac me oratione incilet. 151 Nil coniectura quivi interpretarier. 156 praesidio — fretus. 181 Paucis absolvit. 189 Probitate conservetis. 201 sanie delibutas. 212 Quis deos infernos, quibus caelestis dignet decorare hostiis. 213 paucis. 215 vi. 223 Clamore et sonitu colles resonantes bount. 239 quae me insueto nuncupasti nomine. 240 Sentio — te vocis calvi similitudine. 244 sq. Cedo tuum pedem mi, *lumpis flavis* flavum ut pulverem *Manibus isdem, quibus* Ulixi saepe permulsi, abluam Lassitudinemque minuam manuum *mollitudine*. v. 266 attrectatu et quassu. 274 sq. corpusque meum tali Maerore aegrore macore senet. 300 cor sapientia inbutum. 302 Triplici pertimefactus maerore. 350 coma Tractate. 354 Cepisti

me istoc verbo. 356 aerumnis obruta. 373 temeritate — regi. 383 prologio tuo. 395 Quid med obtutu terres, mulces laudibus? 401 venenis. 413 caelum tonitru contremit. 414 Grando mixta imbri largifico. 416 Fervit aestu pelagus. 422 Bacchi sacris Commota. Acc. 1 Qua re alia. 23 manus materno — sparsa sanguine. 24 Celebri gradu gressum adcelerasse dedecet. 36 magnis compotem et multis malis. 46 atroci vinctus malitia. 52 suis — telis. 60 nuntio repentino alacrem. 63 altis clausere specis. 81 angustitate inclusum saxi. 124 mea ope. 141 Pectora tarda sopore. 145 armis inclutis vesci. 151 multo inbutus sanguine. 169 qui auris verbis divitant. 170 suas ut auro locupletent domos. 174 Ferum feroci contundendum imperiost. 187 miseritudine. 201 Qui. 211 aurea clarum coma. 221 concoquit Partem vapore flammae. 223 tonitru turbida torvo. 229 ut meos malis — Manderem natos. 232 quem ore funesto alloquar? 235 suapte natura enitent. 236 percitatae insania. 244 Frondet viridantibus fetis. 251 taedis fulgere. 259 Quanta — affecta est laetitudine. 260 nimbis — nigret. 278 Multa amittuntur tarditie et socordia. 285 quibus oculis. 292 cleperet auribus. 296 Sapimus animo, fruimur anima. 298 ut suppliciis placans caelitum aras expleam. 321 armis — congressos. 322 sq. Scamandriam undam salso — obtexi sanguine Atque acervos — corpore explevi hostico. 326 armis — cernere. 331 sq. Lucifera lampade abietem exurat Iovis. 357 animo certo adiuverit. 369 Vi contendam. 393 vortices vi suscitat. 413 horreret fluctibus. 414 ut — ingenium lingua laudem et dictis lactem lenibus. 420 lavere salsis vultum lacrumis. 433 Credin me amici morte inbuturum manus? 450 Cor ira fervit — amentia rapior. 458 incilans (= increpans) probris. 459 Sermone indecorans turpi fama differet. 475 Satin astu et fallendo callet? 495 ferro. 513 te ut triplici laetarem bono. 517 squalido auro et purpura Praetextae. 521 sq. Nomine celebri claroque potens Pectore. 535 sq. Clepsisse dolo poenasque Iovi Fato expendisse supremo. 540 pinnis membra textis contegit. 543 tua — malis membra discerpat suis. 545 nervo equino concita Tela. 553 Veneno inbutae. 578 Salsis cruorem guttis lacrimarum lavit. 591 patriis vesci praemiis. 600 scelere tuo. 606 sq. Vulnere taetro deformatum, suo sibi lautum sanguine tepido. 617 etsi opertus squalitate est luctuque horrificabili. 629 remisque nixi. 631 sq. aere atque ferro fervere, Insignibus florere. 637 amore

vecors flammeo. 647 more multarum utier. 663 neque pretio neque amicitia neque vi impelli neque prece Quitus sum. 666 calida latice lautus. 668 ferro. 682 Repudio eiecta. 684 Quod non labascat lingua, mitiscat malo. Iulius 1 viridi lauro velare. Gracch. 2 Sonat impulsu regia cardo. Scaevus 1 Scindimus — veteri planctu — genas. Inc. inc. trag. 7 metu Perculsus. 8 curis sumptus suspirantibus. 9 Exsacrificabat hostiis balantibus. 13 voce divina edidit. 17 Omnis aequalis vincebat quinquertio. 28 hac dextra — occides. 31 ferro saeptus. 48 Oculis postremum — lumen — rape. 52 sq. frui Fraternis armis. 61 saxo sternentem. 62 tegentem clipeo. 65 manu sua. 68 dolore victum. 69 Ferron an fato moerus Argivom occidit. 74 speluncas saxis structas asperis pendentibus Maxumis. 76 obscura umbra opertae. 72 Silvestribus saepibus densa. 80 innuptis iunxit nuptiis. 82 partu postremo parit. 90 Nisi si qua — lintre evasit. 96 pectora — terrifico sonitu inpulit. 109 raptis — nuptiis. 111 Mento — amnem attingens, enectus siti. 113 se circumvertit dictis. 115 Nostra miseria tu es magnus. 134 pampinis pubescere. 137 herbis — convestirier. 151 tantis opibus praepotens. 171 familiari — parricidio. 189 corpus macie extabuit. 190 Lacrimae peredere umore — genas. 191 sq. barba *pedore* horrida — infuscat — pectus *inluvie.* 221 velatas frondenti (sc. coma). 242 Micant nitore tecta sublimi aurea. 254 Pars difflatur vento, pars autem obrigescit frigore. Acc. praet. 2 Clamore et gemitu templum resonit. 5 venerans precibus. 8 usu callemus. 18 sopore placans. 23 cornibus conitier. 24 eoque ictu me ad casum dari. 31 sapientia munitum pectus. Turpil. 30 Commorat hominem lacrimis. 48 circumventi ventis. 75 torporavit — amore. 91 saevitia patris. 97 Remulis. 109 Intercapedine interficior, desiderio differor. 142 minimo contentus. 145 verbis velitare. 147 mitigabat sandalio caput. 158 amorem intercapedine — lenivit dies. 185 forte. 202 Quibus rebus vita amantum invitari solet. 208 Nobilitate, factione fretus. Pall. inc. inc. 6 lege cavit. 35 pedibus convibravit. 37 Tanta laetitia auctus sum. 72 verbis parvam rem magnam facis. 81 Avarus animus nullo satiatur lucro. Titin. 9 Animatur ira in proelium. 24 facito ut multetur malo. 29 argutarier Pedibus. ib.: vestimenta *qui* laves. 31 Patibulo hoc. 66 pauperetis — vestris sumptibus. 71 Dotibus deliniti. 127 sq. Sapientia gubernator navem torquet, haut valentia: Cocus magnum

ahenum — paula confutat trua. 141 pedibus — grassari. 144 fundi stabunt sentibus. Afran. 50 testamento. 54 spurcitia patris. 77 non potitur quie. 101 iurgio et — benivolentia terrent. 115 hoc sepulcro sepeliet. 117 uno — contentae viro. 123 supparo si induta sum. 127 risu clandestino rumpier. 171. 264 di te mactassint malo. 266 labris Inter se velitari. 268 Silentio opus est. 284 pingui pastum taxea. 307 icit poculo. 322 lavere lacrimis. 340 verbis pauculis Respondit — voce deducta. 351 Quo casu. 357 tua — culpa. 371 meo sit nixus nomine. 375 laedo contumeliis. 379 delenimentis capi. 416 linteo. Pompon. Bon. 6 Aleo (i. e. allio) non ludam. 18 amore sauciavit. 52 facturum — Bidente verre. 78 animos Venus veget (= erigit Non. 183, 1) voluptatibus. 88 vi. 92 mea opera. 152 dum sit rumen *qui* impleam. 178 colafis conminuissem. 188 Neque malis molui neque palatis pinsui. Nov. 23 ludunt — pila. 39 Macto te his verbenis, macta tu illanc infortunio (mactare = malo adficere Non. 342, 9). 42 Signare — calida forcipe. 51 labeas pugnis caedere. 57 dono donare pulchro. 79 te occidam clava scirpea. 93 praelumbare fustibus. 97 igni atque aqua — accipier. 112 animum amore capitali conpleverint. Laber. 4 somnus — Quo premitur glis. 10 homo ebriacus somno sanari solet. 26 Figura humana inimici ardore ignescitur. 31 sq. utitur nefariis Verbis. 44 ope nostra. 65 Aequum animum indigna iniquat contumelia. 74 splendore aereo. 75 radiis solis. Laber. 90 dominus — est tua luculentitate captus. 94 Amore. 105 mente clemente edita — oratio. 114 laudibus Florens. 116 vigebam membris praeviridantibus. 123 amplexu — enecat. 142 consectari lapidibus. 145 caedetur flagris. Publil. Syr. 3 Luxuriae rictu. 5 Plumato amictus aureo Babylonico. 12 ornata phaleris pelagiis. Syr. sent. 31 animo virum pudicae, non oculo eligunt. 37 avarus animus nullo satiatur lucro. 61 quo dato opus est. 62 suis armis perit. 65 blanditia, non imperio fit dulcis Venus. 80 malis. 100 crudelis lacrimis pascitur. 111 auxilio est opus. 125 discordia fit carior concordia. 127 quo crescat. 148 exeritur opere nequitia. 333 ruina. 372 utitur clementia. 404 casu vincitur. 445 ratione, non vi vincenda adulescentia est. 478 incendio. 488 neglegentia. 495 virtute quod non possis, audacia auferas. 558 casu. 572 consilio melius vincas quam iracundia. 582 Eodem animo beneficium debetur quo datur. 649 mutat se bonitas irritata iniuria. 728 quo animo facias. 751 ulcisci poena sua.

796 Pecunia — uti. 800 Quem bono tenere non potueris, contineas malo.

12. Ablativus gerundii. Pac. 315 defessus perrogitando advenas. 318 fando. 322 proliciendo. 374 usus re apse experiundo edocet. Acc. 234 infitiando. inc. inc. trag. 177 exputando evolvere. 234 nil me increpitando commoves. Afran. 210 defessa expectando. 275 tacendo. Publil. Syr. 22 optando. Syr. sent. 12 agitando. 40 audendo — tardando. 50 dando. 83 parendo imperat. 114 deliberando = 115. — 203 tacendo. 266 interpretando. 269 male imperando. 317 timendo. 326 altercando. 358 patiendo. 437 laudando. 465 metuendo. 494 veterem ferendo iniuriam. 516 vivendo. 647 ignoscendo = 736. 714 temptando.

13. Ablativus causae. Pac. 43 Parentum incertum investigandum gratia. Acc. 217 epulandi gratia. inc. inc. trag. 168 ea gratia Ut. Turpil. 84 quaesti gratia. Acc. 112 cineris causa — evasit vapos. 292 Eaque — causa. 485 cuius vos tumulti causa accierim. Pompil.: qua — causa = Pompon. Bon. 194. inc. inc. trag. 177 qua causa accusem. Turpil. 42 quaesti causa — sui. 112 amoris causa. Afran. 134 tutandi causa. Pomp. Bon. 97 cacandi causa. Syr. sent. 283 sua causa. Pac. 146 Macte esto virtute. Turpil. 7 macte virtute esto. Pac. 340 annisque et aetate hoc corpus putret. 355 lacrimis. 409 profectione laeti. Acc. 56 annis putret. 611 stupido — somno Pectora languentque senentque. Inc. inc. trag. 135 ubertate incurviscere. Turpil. 191 gliscor gaudio. Pall. inc. inc. 10 risu mortuust. Titin. 19 sponso esse superbam, forma ferocem. 58 sin *forma* odio sum, tandem ut *moribus* placeam viro. Afran. 128 ira fervere. Pomp. Bon. 77 emoriar fame. Laber. 24 Qua re. 81 lubidinitate labitur. Syr. sent. 561 damno — dolet. 691 plerique metu peccare cessant, non innocentia. 794 Odio — peccandi, non metu etc. 805 odio nocentis.

14. Ablativus relationis (limitationis). Acc. praet. 15 Patrio exemplo. Turpil. 36 veteri exemplo amantium. Syr. sent. 60 alterius arbitrio. 642 arbitrio alterius.

15. Ablativus modi. Pac. 377 astu. 378 Aggrediar astu rem. 393 Alcyonis ritu. Acc. 50 ordine. 103 Nec *quei* te adiutem invenio. 181 quo captus modo. 418 qui. 635 Quo pacto = Pomp. Bon. 183. inc. inc. trag. 188 Summo periclo. Turpil. 53 noctis

silentio. 86 Merito. Afran. 248 tam merito. Turpil. 178 opere maxumo. 182 tuo more. Pall. inc. inc. 27 qua ioco qua serio. Afran. 90 conpecto. 374 dedita opera = Pomp. Bon. 142. Afran. 390 tanto opere. Pomp. Bon. 31 More fit etc. Nov. 77 magno opere. Laber. 19 quo modo. 22 Quo modo? Syr. sent. 206 tuo — merito. 350 aequo animo. 710 aequo — animo. 392 quodam modo. 524 maximo periclo. 551 ioco. 830 fronte laeta — tristi. 857 rite = Afran. 88 = inc. inc. trag. 123 = Acc. 695.

16. Abl. originis. Acc. 131 gnato Laerta. 242 Semela genitus. 388 quibusnam te aibant exortam locis. 609 Tyndareo gnata. 618 hauquaquam est ortus mediocri satu. 642 Deum Cadmogena natum Semela. Inc. inc. trag. 101 Iove patre prognatus est. 108 Tantalo prognatus, Pelope natus. 120 sanguine exortam tuo. 132 Erebo procreata. Pall. inc. inc. 100 eodem stirpe gnatum. Afran. 365 quo gnatu's patre. 406 Aurito me parente natum. Pomp. Bon. 131 neque illo quid faciam scio.

17. Abl. qualitatis. Pac. 3 Quadrupes — brevi capite, cervice anguina, aspectu truci. 68 Triplicem virili sexu partum procreat. 253 sq. aetate integra, Feroci ingenio, facie procera virum. 260 sq. nimis paene animo es Molli. 348 Odi ego homines ignava opera et philosopha sententia. Acc. 19 sq. quali in te siet Fidelitate. 86 quaenam haec mulier est funesta veste, tonsu lugubri? 685 Neque vi tanta quisquam est etc. Inc. inc. trag. 132 fuscis crinibus Nox. Acc. praet. 20 Pecus — eximia pulchritudine. Turpil. 13 nosti quam sit gracili corpore. 167 turbido Vultu. Pall. inc. inc. 95 Odi puerulos praecoqui sapientia. Afran. 315 puer — vescis inbecillus viribus. Pomp. Bon. 70 bono animo es. Nov. 60 Valgus veterinosus, genibus magnis, talis turgidis.

18. Accusativus loci. Pac. 122 Delphos venum pecus egi. 173 domum itionem dedit. Acc. 173 ab domum itione arceret. Inc. inc. trag. 26 domum itionem. 27 domum itionis cupidi. Pac. 219 Accessi Aeaeam. 252 Aetnam montem advenio. Acc. 283 me Argos referam. 390[1] sublime avolans. 599 proficisci exilium. Acc. praet. 41 nostram devenit domum. Turpil. 77 rus ad illas conmigrat. 83 rus eo. 98 redeuntes domum. Pall. inc. inc. 2 Megaram — advenit. 3 Ubi venit Megaram. Titin. 43 rus — ire. 176 rus detrudetur. 180 Domum = Afran. 351 = Laber. 111. Afran. 48 Rus ire. 107 domum Digredimur. Nov. 46 Sardis ve-

niens (Munkius e Sardis). Syr. sent. 722 nullas incidit. Pac. 320 pessum datast.

19. Accusat. temporis. Pac. 396 plures annos. Turpil. 77 hiemem totam. 133 abhinc triennium. Laber. 13 abhinc menses duos. Turpil. 183 hos dies conplusculos. Nov. 15 tris menses. 25 totum diem argutatur.

20. Accusativus graecus. Inc. inc. trag. 200 quam *nihil* accusas. 234 nil me increpitando commoves. 245 sqq. *nil*ne te Horum fortunae, *nil* commiserescit meae — *nil* fraterni nominis — auxilium — movet? Turpil. 74 in capite indutam *ostrinam riculam*. Pomp. Bon. 72 Vicem. Laber. 67 nil refert. Syr. sent. 532 nil — queri.

21. Accusativus quantitatis intensivae, quo pertinent etiam adverbia comparativorum. Pac. 400 *Pausillum* repeda — gradum. Turpil. 69 *nimium* ubi sopori servias. Titin. 49 Nimium. Pomp. Bon. 17 *nimium* insaniter. 108 *nimium* — diu. Syr. sent. 167 fortuna *nimium* quem fovet, stultum facit. 326 *nimium* altercando. Afran. 248 Ni tantum amarem. Syr. sent. 555 tantundem absumus. Inc. inc. trag. 175 plus pollet. Nov. 95 quanto — plus. Laber. 112 plus vixi. Syr. sent. 9 nostra plus aliis placent. 104 plus vult quam licet. 834. 165 plus — valet. 609 plus valet. 741 semper plus metuit animus ignotum malum. 744 se posse plus iratus quam possit putat. Turpil. 71 non invitat plusculum sese ut solet. 132 invitavit plusculum hic se in prandio. Turpil. 70 Potius = Titin. 61 = Afran. 269 = Syr. sent. 561 = 570. Afran. 21 meliusque. 274 amplius. 291 setius. 293 sequius. 296 prius = Nov. 76 = Syr. sent. 323. 380 prius si negaris. Afran. 309 acrius. 331 firmius — melius. Pomp. Bon. 22 diutius = Pac. 181 = Laber. 62. Pomp. Bon. 89 posterius. 92 ocius = Pac. 352. Laber. 129 citius = Syr. sent. 88 = 166 = 410 = 440 = Acc. 693. v. 78 gravius. 126 celerius. 147 facilius = 220 = 340 = 341 = 588 = 616 = 731. v. 175 saepius = 548 = 806 = 829. v. 290 minus = 729. 292 minus saepe. 533 melius = 572 = 735 = 771. 539 serius — turpius. 748 sordidius. 784 molestius. 803 peius. Etiam superl. primum. Afran. 32 huc pertinet.

22. Accusativus obiecti eiusdem etymi positus est a Turpilio 143 fortunatam vitam vixit. Cognati sunt et ad hunc accusativum referendi accusativi quid, numquid, ecquid. Turpil. 120

quid ego te appellem. Pall. inc. inc. 72 Quid — parvam rem magnam facis? 96 Quid tristiorem video te esse. 97 numquid. Titin. 80 quid desubito — ad me venisti? Afran. 102 quid clamas? 212 quid fles? quid lacrimas largitus? Nov. 92 quid stas? Laber. 148 Quid properas? ecquid praecurris Calidoniam? Syr. sent. 419 quid tibi pecunia opus est.

23. Supinum in um exiens. Pac. 187 ut eant gratatum. 255 defensum patriam. Afran. 107 comissatum — Digredimur. 303 misit oratum. Pomp. Bon. 130 Decedo cacatum. 160 Venit nos rogatum. Syr. sent. 164 captatum venit. Huc referri etiam potest Pac. 121 venum. 122 raptum venit.

24. Accusativus qualitatis is, ubi obiecto demum natura actionis explicatur. Pac. 1[b] Loca horrida *initas*. inc. inc. trag. 130 cubile inire. Acc. 597 Obit — vestra moenia. Acc. 232 quod templum adeam? Pac. 36 Cum *recordor* eius ferocem et torvam confidentiam. Acc. 346 Heu me miserum, cum haec *recordor*, cum illos *reminiscor* dies! Turpil. 156 *Meminisse* illius formam. Afran. 194 Illud *memento*. Acc. 12 Mea facta — *obliti*. 190 memet — *obliscier*. 488 An ego *Ulixem obliviscar* umquam. 665 An haec iam *obliti sunt* Phryges? Syr. sent. 252 legem — *oblivisci* = 623. Pac. 44 sq. me conatum hoc — itiner. 48 ipsum praegradat Parthenopaeum. 50 viam quam insistam. Acc. 100 Luna circlos — institit. 506 institeram grummum. Pac. 57 regnum *potitur*. 289 regnum *potior*. Acc. 40 *potiuntur* plagas. 590 Natus uti tute sceptrum *poteretur* patris. Inc. inc. trag. 51 *potiri* — Pergamum. Pac. 129 Nonne officium *fungar* vulgi? Turpil. 68 volo ut familia nostra officia *fungatur* sua. Titin. 48 hominis *es* ignavi *functus* officium. 391 nostra *fungi* munera. Turpil. 164 amicos *utor* primoris viros. Titin. 98 *uti* — libertatem. Pompon. Bon. 169 Lapatium nullum *utebatur*. Nov. 69 quas *uti* solet. Nov. 98 facilitatem — *uteris* vulgariam. Acc. 218 accumbat mensam aut eandem *vescatur* dapem. Nov. 52 Vestimentum *vesceris*. 77 id frunisci. Pac. 95 incipio saxum temptans scandere Vorticem. 113 hymenaeum fremunt. 244 Cedo tuum pedem mi. Acc. 425 Oeneum aliquis cette in conspectum. Pac. 268 Conqueri fortunam adversam. 327 Salaminam ingredi. 378 adgrediar — rem. Acc. 199 adgreditur me. Pac. 355 Miseret me. Inc. inc. trag. 245 nilne te — commiserescit. Turpil. 104 num illam illaec pudent? Afran. 272

me pudet. Syr. sent. 177 quem — non pudet. 271 quem paenitet. 600 quem — paenitet. 806 Saepius locutum numquam me tacuisse paenitet. Pac. 393 litus pervolgans. Acc. 36 Cur me miseram inridet, magnis compotem et multis malis? Afran. 273 irridet me. Acc. 215 quod multi *invideant*. 424 Unde quis non mortalis *florem* liberum *invidit* meum? 697 invidendum. Acc. 327 sq. eos mortalis poenis liberos — *misereor*. 480 Pervasit auris. 509 qui arcem Alfeumque accolunt. 571 magna sonantibus. 642 deum — adfare. 687 sq. mystica vada Praetervecti. Inc. inc. trag. 63 pudendam — hortabar fugam. 116 Eandem virtutem — gemes. Turpil. 177 gemo meas fortunas. 139 sequitur me Toas. Syr. sent. 484 suum sequitur lumen. 492 velox consilium sequitur paenitentia. 538 sequi maiores. Turpil. 39 serviat cupidines. 99 servire eligantiam. 65 *quae* fuisti inscius. 148 querar tua vitia. Titin. 55 res suas conqueritur. 14 fugi atque effugi patrem. 85 res Graecas studet. 158 sq. neminem Decet bonam. Syr. sent. 627 magnam fortunam magnus etiam animus decet. Afran. 297 Me convenit. Pomp. Bon. 16 conveni omnes convivas meas. Afran. 390 nos — *indulgent* (Non. 497, 28). Pomp. Bon. 184 sq. superiorem Locum inscende. Nov. 54 Malum hoc me praeterisset. Syr. sent. 238 intrat *culpam*, qui *peccatum* praeterit. 309 necessitatem ferre, non flere addecet. 314 avarum — deficit. 478 vicinum — ulcisci. 509 desperare — otium. 535 omnes vitam differentes mors incerta praevenit. 681 quem cumque arrisit. Pac. 107 atque eccos. 238 eccum — ostentum senem. Acc. 69 eccos segnis. Titin. 64 eccum exit. Accusativus in exclamatione: Pac. 134 me miserum! 264 heu miserum me. Acc. 346 Heu me miserum = Afran. 411. Turpil. 117 Heu me infelicem! 196 Me miseram! Titin. 175 hominem improbum! Afran. 66 O diem scelerosum, indignum! 312 Me miseram! Pomp. Bon. 159 Hominem beatum. Syr. sent. 353 o vitam misero longam, felici brevem. Anon. mim. 6 o dominum aequum et bonum!

25. Duplicis accusativi duo genera esse constat, unum, ubi in passiva constructione ambo, alterum, ubi unus tantum accusativus in nominativum mutatur. Ad prius genus haec spectant exempla: Turpil. 213 praesentes homines absentes facit. Pall. inc. inc. 72 Quid — parvam rem magnam facis? Titin. 76 sq. quam ego hodie extorrem Hanc — faciam. 103 haec res me facit festi-

nem. Afran. 299 Sophiam vocant me Grai, vos Sapientiam. 373 Dum me morigeram, dum morosam praebeo. Nov. 64 me miserum miseriorem reddidit. Syr. sent. 43 auxilia humilia firma consensus facit. 266 maledictum interpretando facias acrius. 270 medicum qui heredem facit. 278 se simulat bonam. 281 malum ne feceris tuum gaudium. 284 bonum se simulat. 325 nil proprium ducas. 444 quod — carum velis. 463 beatam se putat. 487 timidus vocat se cautum, paccum sordidus. 521 te felicem vocas. 543 senem heredem facit. 547 alterius damnum gaudium haud facias tuum. 598 Gloriosum est iram amici amicitiam dare (= reddere). 643 miserum te iudico. 651 necessitas egentem mendacem facit. 684 se ipsum felicem facit. 844 salva vult communia. Lucil. I Non est tuum, fortuna quod fecit tuum. Alterius generis sunt haec: Afran. 22 Id me celabat. 173 id aurum me condonat (Non. 497, 29). Nov. 69 res vis hunc privari pulchras (Non. 500, 16 privatur illam rem, pro illa re privatur). Laber. 17 nec Pytha goream dogmam doctus.

26. Dativus qualitatis effectûs. Pac. 168 bellando aptus sum. 182 Tundareo fieri contumeliam. 187 ut eant gratatum hospiti. 215 Repugnanti — detraxi ungulum. 282 mihi — respondeas. 283 ordinem omnem — enoda patri. 287 illis opitularier. 289 coniugem macto inferis. 324. 392 imperium Cefalo transmissum est. Acc. 19 huic — Ignosce. 48 dicta factis discrepant. 92 quid ei redhostis? (= refers gratiam). v. 98 quem cuique tribuit fortuna ordinem. 102 nobis tulat opem. 109 sibi mala auxere. 110 Quibus natura prava magis — obfuit. 116 auxilium — tetulisti mihi. 127 Minervae donum armipotenti abeuntes Danai dicant. 132 Qui neque amico amicus umquam gravis neque hosti hostis fuit. 137 tibi consulere et parcere. 150 sibi habet. 155 mihi — civit. 167 mi. 169 Nil credo auguribus. 187 mihi — Commovit animum. 209 mihi — misit. 213 cepit sibi. 221 veribus — Lacerta tribuit. 280 concedi tibi. 295 parcere Capiti. 350 id unum incommodis defit meis. 351 ei mihi. 354 formidans tibi. 360 capiti pepercerit. 429 tete esse huic noxae obnoxium. 442 dicto oboediens. 446 huic muneravit virgini. 455 Quae vastitudo haec aut unde evasit mihi? 469 neque ego errantiae animi prave morigerabor. 474 quem mihi iungent? cui — dignabor dari? 491 mittis leto. 514 tibi — gratari. 522 sq. Achivis classibus ductor,

Gravis Dardaniis gentibus ultor. 533 Unde ignis cluet mortalibus clam Divisus. 535 poenasque Iovi — expendisse. 563 qui salsis fluctibus mandet Me. 584 Tebis — ostentas. 657 Quinam — internecioni modus Paretur? Pompon. 4 notifices mihi. Nelei carmen 1 En umquam — matri faciemus volup? Inc. inc. trag. 16 Eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo. 30 sapiens virtuti honorem praemium — petit. 35 qui parent Atridis. 54 virtuti aemulus. 85 ei rei sustuli. 104 mihi liquit. 125 praefidentem tibi. 157 dicto pare. 171 Sibi — ut — pareret. 193 spondere mihi. 241 ferte lassatis opem. 255 Cum vota bene tibi responderint. Acc. praet. 15 animam devoro (= devovero) hostibus. 34 ostentum est tibi. 35 Populo commutationem rerum portendit fore Perpropinquam. 36 haec bene verruncent populo. Turpil. 14 enoda mihi. 16 quid mihi vellem. 24 Nec recte dici mihi. 35 mi est iratus pater. 38 quae mulier volet Sibi suum amicum esse indulgentem. 46 bracchia — horrorem mihi — exsuscitabant. 69 ubi sopori servias Potius quam domino. 75 eius aspectus — Cor torporavit homini amore. 111 tibi tristitiam exorbebo. 137 processe nobis ex sententia. 147 Misero mihi mitigabat — caput. 153 praestolabo illi. 171 dic mihi. 173 hic sibi prospexit — virginem. 180 illis obsequi. 192 tibi referre gratiam. 196 epistula excidit mihi. 207 utinam istuc perpetuum itiner sit tibi! Pall. inc. inc. 3 insidias fecit virgini. 15 Sponden tuam gnatam filio uxorem meo? 17 mihi — iuret. 28 fortunae sunt committenda omnia. 30 mi imperas. 41 sq. nec mulieri Nec gremio credi oportet. 49 me esse acerbum sibi, uti sim dulcis mihi. 64 persuasit animo vinum. 75 Sui quique mores fingunt fortunam *hominibus*. 76 Malum consilium consultori est pessimum. 82 alteri quod feceris = Syr. sent. 1. Titin. 5 Reliqui acus aciasque ero atque erae nostrae. 26 nihil hic est — vobis quaesti. 31 Patibulo hoc *ei* caput defringam. 38 libram aiebant Satis esse ambobus intritae. 52 sq. nuntiet *Geminae,* ut res *sibi* suas procuret. 58 odio sum. ib.: ut — placeam viro. 71 uxoribus Ancillantur. 102 quid istic sibi vult sermo? 116 tibi alis. 119 gaudebit sibi promitti — oreas. 157 vobis consului. 162 mirior — tibi videor? Atta 14 accessit — ei. Afran. 21 Meliusque est tibi — gratulor deis. 40 orbitatem tuae senectuti malam Metui. 45 di sunt irati tibi. 116 parco mihi. 161 sq. Pistori nubat cur non scriblitario, Ut mittat fratris filio lucunculos?

193 prospicere — mihi. 206 Meo obsequere amori? Oboedibo tibi. 208 gnatam — sororibus Commendat. 240 adoptavit sibi. 251 consulit tergo meo. 257 quam mihi sit grata ipsius obsequella. 341 Respondit — mihi. 356 parcas istis verbis. 395 miserae mihi! 416 tibi cervicem fingam. 421 mustriculam — impingam tibi. Pomp. Bon. 2 tibi — adpareo. 8 ne invidiae siet. 49 Mihi frater salve. 51 tibi voveo facturum. 89 Nupsit — dotatae vetulae varicosae vafrae. 136 adportas nuntium *Nobis* disparem, divisum, *huic seni* senium et metum. 144 tibi cum tonderem. 145 si cui quid boni Evenit. 154 peditibus nubere. 158 labeas lerarit mihi. 168 mihi vendidit. 178 colafis comminuissem testatim tibi. 180 Tamquam frater mihi sis. Nov. 10 Tibi cum fidebo. 28 mihi Cantant. 49 quod mei (= mihi) misero — confregit caput. 63 Ita vobis otiosus sum ut mi algebo et mi esuribo. 86 eï pannum positum in purpura est. 106 huic puellae praecoquis libido inest. Atell. inc. nom. 7 eï detraxit ebrio. Laber. 14 tibi narravi. 18 tibi relictum est. 19 quo modo mammae mihi Tam descendiderant. 22 Video adulescenti nostro Caedi hillas. 107 negare cui nil potuerunt. 117 Satis facere populo et tali — viro. Syr. sent. 9 aliena nobis, nostra plus aliis placent. 10 alienum aes homini ingenuo acerba est servitus. 11 amans iratus multa mentitur sibi. 17 amare iuveni fructus est, crimen seni. 29 animo dolenti nil oportet credier. 30 animo imperabit sapiens, stultus serviet. 33 morti delicias facit. 35 avaro quid mali optes. 69 bona nemini hora est, ut non alicui sit mala. 101 cui nolis saepe irasci. 103 cui omnes bene dicunt. 106 cuivis dolori remedium est patientia. 118 quisquis praestat errori fidem. 133 eripere telum, non dare irato decet. 147 excelsis — facilius casus nocet. 150 patriae qui se denegat. 196 homo vitae commodatus, non donatus est. 208 ignoscito saepe alteri, numquam tibi. 215 ingrata sunt beneficia, *quis* comes est metus. 216 ingratus unus omnibus miseris nocet. 240 sibi — irascitur. 243 ita crede amico, ut ne sit inimico locus. 259 lex est sibi. 279 malo — parcas. 290 cui negatur. 301 mulier quae multis nubit, multis non placet. 302 multis minatur, qui uni facit iniuriam. 303 multis placere. 304 multorum calamitati — moritur. 311 necessitati sapiens nihil — negat. 315 negat sibi. 324 si oculis animus imperet. 331 crimen sibi parit. 336 multis placet. 337 calamitati cedere. 353 o vitam misero longam, felici brevem. 361 paucorum improbitas universis calamitas. 367 quoi

donat. 375 patriae — utilis. 378 potenti irasci sibi periclum et quaerere. 395 nulli negat. 398 excusare sibi se. 427 qui sibi non vivit, aliis — est mortuus. 431 qui unius culpae ignoscit, suadet pluribus. 435 cui serves. 437 commendat sibi. 447 rei nulli prodest mora nisi iracundiae. 454 ruborem amico excutere. 466 sibi — fieri iniuriam. 482 *suis* qui nescit parcere, *inimicis* favet. 483 suspitio sibi ipsa rivales parit. 486 deest avaro. 505 Difficile est dolori. 524 multis placet. 526 mors infanti infelix, iuveni acerba, sera nimis seni. 527 mortuo munus qui mittit, nil dat illi, adimit sibi. 528 multis si tua vita placuit, tibi placere non potest. 536 omnibus notus. 548 amicis — dees. 553 amori finem tempus — facit. 564 bonis nocet, quisquis pepercerit malis. 595 fortuna magna magna domino est servitus. 608 impera tibi. 635 praesidium est bonis. 668 non quam multis placeas, sed qualibus stude. 675 proditori credidit. 687 pecuniae imperare oportet, non service. 708 nulli nocet. 724 quod cumque sibi imperavit animus. 735 roganti melius quam imperanti pareas. 738 sanctissimum est meminisse cui te debeas. 753 stultum imperare reliquis, qui nescit sibi. 754 stultus superbis invidet felicibus. 770 virtuti amorem nemo honeste denegat. 771 virtuti melius quam fortunae creditur. 797 ubi *aliis* maledicunt, faciunt convitium *sibi*. 811 Tam crudelitas est omnibus atque nulli ignoscere. 819 cum inimico ignosces. 824 cui superior supplicat. 828 quibus imperat. 836 numerosis studet amicis. Anon. mim. 3 quid est tibi ista mulier?

Verba dandi: Pac. 115 nuptiis hanc dat diem. 148 Qui te — leto dabit. 244 Cedo tuum pedem *mi*. 269 fletus muliebri ingenio additus. Acc. 112 terraest datus. 228 Neque dedi neque do infideli cuiquam. 290 Nobis datur. 293 nullum meis dat finem miseriis. 352 aerumna haec *mihi* luctum *addit* luctibus. 447 exuvias dignavi Atalantae dare. 542 cui potestas si detur. Inc. inc. trag. 50 Tali dari arma. Acc. praet. 17 quieti corpus — Dedi. Turpil. 88 Satine ut se meum cor voluptatibus dat? Titin. 77 Date illi biber. Afran. 110 Datur mihi Custodiendus. 159 Dat rustico nescio cui, vicino suo Perpauperi. 197 mihi — dari. 359 Di tibi dent. Pomp. Bon. 93 dedi nebuloni. 105 Populis voluntas haec est et vulgo data. Nov. 32 tibi dabo. Syri sent. 50 digno dedit. 52 dignis ubi das. 56 iudici — dat. 105 cui

— dederis. 108 das avaro. 225 inopi — dat. 258 licentiam des linguae. 289 cui — dedit. 467 sibi — dat supplicium. 566 inimicis reddere. 736 das iniuriae locum.

27. Dativi energici nomine eam formam huius casus significo, ubi, secus atque in priore genere, magis activa eius vis apparet. Pac. 359: Quibus abest — intellegendi astutia. Acc. Cui manus — sordet. 56 exanguest corpus mi. 65 generibus (h. e. generis) tantam esse inpietatem? 214 multae insidiae sunt bonis. 452. 607 Suo sibi lautum sanguine. Nelei carmen 3 fortunae commutantur hominibus. Acc. praet. 30 ea si cui in somno accidunt. Turpil. 93 ut redempto Faedriae Liceat redire. 144 quibus quivis sat est. 151 mihi videbar. 179 uterum cruciatur mihi. 182 mihi videre. Pall. inc. inc. 18 tibi facilior erit amor. Titin. 27 Nec noctu nec diu licet fullonibus quiescant. 62 mihi licebit. Afran. 62 non desunt mihi. 78 Nemini nimium bene est. 100 videntur — mihi. 189 servus est mihi Nicasio. 211 spisso venire visust Manius mihi. 258 Iucunditatis plus inest in te mihi. 337 virgini — crescit uterus quasi quam gravidae mulieri. 347 veniet in mentem tibi. 349 quibus animi non sunt integri. Pomp. Bon. 36 tibi bene sit. 65 tibi placet. 141 mi inrepsere. 181 placuit — omnibus. Laber. 76 Malis bene esse — civibus. 114 tibi erat libitum. Syri sent. 102 cui nusquam domus est. 104 cui plus licet quam par est. 121 desunt inopiae pauca, avaritiae omnia. 134 est ipsa cupiditati tarda celeritas. 135 est socia mortis homini vita ingloria. 155 felicitas infelici innocentia est. 165 fortuna hominibus plus quam consilium valet. 192 homini — deest. 248 Laeso doloris remedium inimici est dolor. 310 necessitati — utile. 313 nec vita nec fortuna hominibus perpes est. 320 infelici est optimum. 419 quid tibi pecunia opus est. 485 Taciturnitas stulto homini pro sapientia est. 574 gravius sapienti. 720 sibi videtur dives. 803 Regibus peius est multo quam ipsis servientibus. 848 suspitio probatis tacita iniuria est. Pertinet huc etiam dativus cum passivo verbo ita coniunctus, ut, si enuntiationem invertas, dativus subiectum eius efficiat. Pac. 384 Oresti cognita, agnota est soror. Acc. 77 tibi — est adeundum. 284 Ne cui cognoscar noto. 314 Probis probatum potius quam multis fore. 541 Contra est eundum cautim et captandum mihi. Inc. inc. trag. 185 dispari Dominare domino.

Turpil. 57 Quacum — vivendum esset tibi. Titin. 56 nobis faciundum est ita. 169 si erit tibi Cantandum. Afran. 361 Antiquitas petenda — est mihi. Laber. 112 mihi quam vivendum fuit. Syr. sent. 540 quoi quid vindicandum est, omnis optima ei occasio est. 758 discendum est homini.

28. Duplex dativus. Inc. inc. trag. 207 sq. Quibus magis palaestra — studio est. Acc. praet. 41 odio ac senio mi haec sunt nuptiae. 59 Consilia nostra dividiae tibi — Non fore. Turpil. 116 Cui ego sim curae. Afran. 329 quibus cordi est. Pomp. Bon. 103 sq. voluptati sies Ibus.

29. Dativus quantitatis is est, qui additur verbis cum praepositionibus locum significantibus coniunctis vel notionibus aequalitatis et inaequalitatis. Pac. 14 Nocti ni interveniat. 188 concorditatem hospitio adiunctam. 286 inimicis mortem et huic vitam adferas. Acc. 11 vela ventorum animae immittere. 117 leto offeres. 147 quid est, cur componere ausis *mihi* te aut me *tibi?* 256 exuvias laevo — lateri accommodant. 386 Custodem — Ioni adposuit virgini. 416 frenos immittens feris. 427 hosti me animato offeram? 455 vastitudo — invasit mihi. 502 ut essem adfinis tibi. 510 ominibus faustis — adhibeant Faventiam. 686 frena — ori equorum accommodant. Pompon. 9 sq. quibus Adsonet — nemus. Inc. inc. trag. 53 mihique adiudicarier. Turpil. 89 se optulit mi. Pall. inc. inc. 59 me poenae oppone. 66 clitellae bovi Sunt impositae. Titin. 11 ambitionem virtuti videas antecedere. 33 mihi subvenias. Afran. 152 Mihi supponebas. Pomp. Bon. 125 obviam occurrit mihi. 177 eis te obiectes. Nov. 20 Puerum mulieri praestare. Syri sent. 63 peccanti — accommodas. 199 succumbit tempori. 570 conscientiae potius quam famae attenderis. 671 nulli impones. 692 iniuriae succumbere. 829 frenos inpone linguae. Acc. 156 Virtuti sis par, dispar fortunis patris. 407 aequiperent Iovi. 561 si inpar esses tibi. Afran. 29 Terentio — similem. Syr. sent. 340 nulli facilius quam malo invenies parem. 356 par imperio.

30. Genetivus partitivus. Pac. 62 vestrorum uter. 76 interea loci. 133 quidnam autem hoc soniti est. 194 hospitum infidissimi. Acc. 155 quid subiti — mali. 325 primores procerum. 371 socium — copia. 491 quod superest socium. 599 quovis gentium. 628 quid capias consili. Inc. inc. trag. 206 Nihil

horum. Acc. praet. 1 Nil neque pericli nec tumulti est. Turpil. 12 Satis fructi reddunt. 154 quid — tumulti. 176 istuc — mali. Pall. inc. inc. 9 quid modi. 85 tantum *gratiae* te demere, Quantum morae adicio? Titin. 26 nihil — quaesti. 38 libram — intritae. 51 aliquis vestrorum. Afran. 46 tantum mali. 63 formae satis. 145 hoc diei. 156 dotis dimidium. 160 dotis paululum. 258 Iucunditatis plus. 374 aliquid — controversiae. 394 quid tumulti. Pomp. Bon. 121 Quid hoc est tumulti? 123 plus quaesti facerem. Nov. 32 Nihil est pericli. 109 milia Sex nummum. Laber. 50 centum nummum milia. 63 plus negoti. 137 quid nugarum. Syr. sent. 153 Facilitas animi ad partem stultitiae rapit. 211 dimidium — sapientiae. 265 aliquid naturae. 357 pars benefici. 413 partem dominatus. 497 partem — victoriae. 552 damnorum maximum. 662 nimium est in morte boni, si nil siet mali. 675 nullus sapientum. 721 omnium minimum. 750 stultitiae partem. 790 nil rationis. 845 pars — gloriae. 855 curae minus.

470, 25 pro largire). Pall. inc. inc. 83 Beneficia in volgus — *largiri.* Acc. 293 ulso (Non. 185, 20 pro ultus fuero). Pac. 71 rimarem (incertum). 203 rimarem (Non. 382, 8 rimari dicitur scrutari, quaerere). Acc. 557 contempla. Titin. 21 os *contemplato* meum. Pomp. 190 *contemplor* orcam. Titin. 91 *contemplari* ancillas. Acc. 513 forma activa laetarem usurpata est significatione transitiva = laetificarem. Turpil. 81 proficisceret. 145 verbis *velitare.* Afran. 267 labris Inter se *velitari.* Turpil. 153 praestolabo. Titin. 47 exsecrat. Afran. 192 *execrabant* se. Titin. 155 osculavi. Atta 9 auspicetis. Afran. 319 ordire. Pompon. Bon. 5 expergisceret. 30 irascere (inf.), reliquis locis est deponens. 36 ominas. 48 conplectite. 66 accinge = accingere. Pomp. Bon. 79 ventrem *frustarunt* suum. Laber. 144 *frustramur* inridemur. Pomp. Bon. 84 saviem. Nov. 81 savies (Non. 474, 12). Pomp. Bon. 85 convivant (pro convivantur Non. 474, 20). Titin. 89 convivas. Pomp. Bon. 106 suffragabunt. 107 tutaret. Pall. inc. inc. 56 *tutare* amici causam. Pomp. Bon. 108 mirabis, reliquis duobus locis (Pomp. Bon. 4 et Laber. 19) deponens. Nov. 53 percontassem. Nunnulla deponentia interdum passiva significatione usurpantur. Sic *dominari* tribus quidem locis vere est deponens, Acc. 422 fors dominatur; Pomp. Bon. 46 non vilicari sed dominari est mea sententia; Syr. sent. 824 dominatur, sed inc. inc. trag. 185 dispari *Dominare* domino passiva significatione usurpatum est. Acc. 432 Neque *ratum* est quod dicas, v. Fest. p. 274 M. Acc. 681 multa inventa *expertaque* ex hoc sunt bona. Afran. 34 *vereri* — ab suis. 259 *commercatis* — edulibus. Nov. 43 supellex — quae non *utitur* (= quae usui non est Gell. XV, 13. Laber 142 consectari.

45. Infinitivus. a. Inf. subiecti. Pac. 144 sq. Piget paternum nomen, maternum pudet Profari. 222 Certum est loqui. Acc. 24 adcelerasse dedecet. Syr. sent. 133 eripere telum, non dare irato decet. 309 necessitatem ferre, non flere addecet. Acc. 149 vinci a tali nullum — est probrum. 215 inscitiast Postulare. 460 Erat istuc virile, ferre advorsam fortunam. Inc. inc. trag. 78 sapere oportet. Pall. inc. inc. 42 credi oportet. Syr. sent. 120 despicere oportet. 123 difficilem oportet aurem habere ad crimina. 687 pecuniae imperare oportet, non servire. Inc. inc. trag. 226 prolubium est petere amicitiam. Pall. inc. inc. 38 difficile est

loqui. 59 Prorsus aequum est petere. 62 Numquamne mihi licebit — dicere? Syr. sent. 551 amicum laedere ne ioco quidem licet. Afran. 397 Quod sit necessum scire. Syr. sent. 296 mori necesse est. Pomp. Bon. 46 non vilicari sed dominari est mea sententia. Laber 114 erat libitum — frangere. Syri sent. 49 beneficium accipere libertatem est vendere. 60 bis est mori alterius arbitrio mori. 142 oblivisci — expedit. 295 miserum est tacere cogi. 320 nil agere semper infelici est optimum. 332 nocere posse et nolle laus amplissima est. 356 parere *scire* par imperio gloria est. 360 paucorum est intellegere quid celet deus. 369 pereundi scire tempus assidue est mori. 370 perfugere ad inferiorem se ipsum est tradere. 378 potenti irasci sibi periclum est quaerere. 380 post fecisse est fallere. 386 properare in iudicando est crimen quaerere. 401 quam miserum est *cogi* opprimere. 435 stultum est parcere. 475 stultitia est insectari. 477 stultum est queri de adversis. 478 stultum est vicinum velle ulcisci incendio. 480 suadere primum, dein corrigere est benevoli. 505 Difficile est dolori convenire cum sapientia. 509 Feminae naturam regere desperare est otium. 521 irritare est calamitatem (inf. praedicati). 552 amicum perdere est damnorum maximum. 574 contemni gravius sapienti est quam percuti. 598 Gloriosum est iram amici amicitiam dare. 607 ignoscere hominum est. 611 infirmi animi est non posse divitias pati. 692 plus est quam poena iniuriae succumbere. 701 pulchrum est praestare cuncta, nil exigere. 712 quid est beneficium dare? imitari deum. 726 quod facere turpe est. 727 quod nescias, damnare summa est temeritas. 738 sanctissimum est meminisse cui te debeas. 745 sero est in periculis consilium quaerere. 747 solacium grande est cum universo uno rapi. 751 stultum est alium velle ulcisci poena sua. 752 stultum est timere, quod vitari non potest. 753 stultum imperare reliquis. 761 tutissimum est timere nil praeter deum. 771 viri boni est nescire facere iniuriam. 781 est beneficium eo carere quod invitus possideas. 783 quam miserum est *discere* servire. 798 principium est discordiae ex communi facere proprium. 804 res optima est non extirpare sceleratos, sed scelera. 805 ridiculum est odio nocentis perdere innocentiam. 815 culpa effugiri potis est. 825 durumst negare. 826 Est — ignorantia nescire quod peccs. 830, 842 satis est superare inimicum, nimiumst perdere. 845. 846.

Nominativus cum inf. Acc. 534 sq. cum dictus Prometheus Clepsisse. Afran. 255 Didicisset — non esse intolerabilis.

46. Inf. obiecti sive propioris sive remotioris. Pac. 65 conabar — dicere. 227 si *ire* conor, prohibet *baetere*. 75 callent — metuere. Acc. 72 cunctant subferre laborem. Pac. 212 dignet decorare. 166 aspicere — dignarent. Acc. 447 dignavi — dare. 474 dignabor dari. 294 dubitem parcere. 360 dubitarit vitam offerre. Pac. 95 incipio — scandere. 15 increpare — incipit. Acc. 134 dictis mertare institit. 428 maturare institit. inc. inc. trag. 57 Furere adsimulare — institit. Afran. 81 agere — institi. Pac. 249 reportare instat. 261 sq. consuetus in armis Aevom agere. 349 pascere — soles. 390 contendi nequitum vi. Syr. sent. 358 nequeas pati. Acc. 205 Qui non sat habuit coniugem inlexe in stuprum. 280 ne attenderis (= perseveraveris, intenderis) Petere. Pompon. Bon. 63 discere — attenderim (= intenderim Non. 238, 16). Acc. 290 sq. Nobis datur bona pausa loquendi Tempusque in castra revorti. 294 dubitem parcere. 302 cesso ire. 380 impetum occupemus facere. 434 Paratus sum — petere. 650 auferre — occupo. Penthes.: Formidabant obiurare. Inc. inc. trag. 15 temperaret tollere. 112 vinci nesciant. Syr. sent. 32 animus vereri qui scit, scit tuto ingredi. 47 scit reddere. 51 dare — nescit. 272 nesciet bene emori. 328 scit facere — nescit metuere. 356 *parere* scire. 482 nescit parcere. 544 tolerabilior poena haud posse quam nescire vivere. 656 scit — vincere. 757 Tacere qui nescit, nescit loqui. 769 nescire *facere* iniuriam. 787 nescit is *nocere* qui *nocere velle* perdidit. 796 Pecunia si uti scias. inc. inc. trag. 170 tardaret sequi. 250 quaenam te adigunt — visere. Titin. 57 Ut cum ea — blanditer nos comparemus conloqui. Turpil. 99 Numquam unius me comparavi servire eligantiam. 145 Comperce verbis velitare. 156 desine Meminisse. 161 studuit perdere Detegere despoliare opplereque adeo etc. 212 Cesso occupare et me in colloquium — conferre horum? Pall. inc. inc. 5 sapere dicicit. Pomp. Bon. 110 Non didici ariolari. Afran. 255 Didicisset ferre et non esse intolerabilis. 283 Gannire — numquam didici. Pomp. Bon. 12 auscultare disce, si nescis loqui. Syr. sent. 418 nocere didicit. 783 discere *servire* ubi *dominari* doctus es. Titin. 43 constitivit ire. 78 Date illi biber. 108 sum ausus adgredi. Syr. sent. 852 audet

— loqui. Titin. 146 occupa Foras exire. Afran. 46 Qui conciere cogites. 290 adducor ferre humana humanitus. 396 Praefestinamus — sciscere. 407 fabularique incipis. Pomp. Bon. 83 me cupis Concidere. Laber. 24 concupivisti cugium Scindere? Syr. sent. 295 cupias loqui. 303 multis placere quae cupit. Laber. 35 Me — Progredi coegit. Syr. sent. 141 innocentis cogit mentiri dolor. 401 cogi *opprimere*. 569 cogas cogas amantem irasci. 337 non novit virtus calamitati cedere. 338 non pote non sapere, qui se stultum intellegit. 358 nequeas pati. 450 respicere nil consuevit iracundia. 530 facere — cesses. 691 peccare cessant. 697 potest non esse honestum. 204 ibi pote valere populus. 422 qui pote celare vitium. 423 qui pote consilium fugere, sapere idem potest. 424 qui pote transferre amorem, pote deponere. 719 qui pote nocere, timetur. 634 etsi obesse non pote. 778 Contumeliam non fortis pote nec ingenuus pati. Pac. 389 Nec cicurare neque mederi potis est neque refigere. — Consilium infinitivus exprimit apud Turpil. 154 progredior — visere.

47. Accusativus cum inf. Pac. 22 qui sese adfines esse ad causandum volunt. Acc. 488 quemquam praeponi velim. Turpil. 38 quae mulier volet Sibi suum amicum esse indulgentem et diutinum. 146 Me vis potiri? Atta 18 Annum novum voluerunt esse primum mensem Martium. Pomp. Bon. 31 moriri suam quisque uxorem ut velit. 53 volo lavatrinam lavi. 161 Quid nunc vis fieri? Nov. 97 volo hunc accipier. Laber. 83 Hoc voluit clipeum contra pelvem proici. Pac. 55 consanguineam esse abdicant = negant. 206 esse adiutam expetunt. 44 sq. Dolet pigetque — me conatum hoc — itiner. 128 Non decet animum aegritudine confici. Acc. 514 nec tibi me in hac re gratari decet. Pomp. Bon. 72 cibaria Vicem duorum me comesse condecet. Turpil. 127 etiam plus illam apparare condecet. Pac. 176. 200 Neu reliquias — mias sireis — divexarier. 237. 240 Sentio — te vocis calvi similitudine. 248 Pariter te esse erga illum video, ut illum ted erga scio. Acc. 14 inflammari — navis vidissent suas. 362 Haec omnia vidi inflammari. 439 quem amburi vides. Turpil. 194 sq. ubi praeter se neminem Videt esse. 199 sq. Nemo — vidit ebrium ire interdiu, Neque turbam facere, neque fores exurere. Pall. inc. inc. 96 Quid tristiorem video te esse quam antidhac. Titin. 18 viderem ego te virginem Formosam, sponso esse superbam,

forma ferocem. Afran. 322 viden tu lavere lacrimis me tuum collum —? Nov. 85 eccas video incedere. 89 se vidit esse heredem. Laber 23 Video adulescenti nostro Caedi hillas. 79 Ne in re bona esse videam nequam filium. 141 sq. uxorem tuam et meam Novercam — consectari — Video. Pac. 322 sq. 366 sq.:

Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi,
Saxoque instare in globoso praedicant volubilei.

368—370. 372 sq. 374. 402 sq. Acc. 4 sq. Tu pertinaciam esse — hanc praedicas, Ego pervicaciam aio et ea me uti volo. Acc. 616 praedicarent hominem esse. v. 8 sq. pervicacem dici me esse et vincere Perfacile patior, pertinacem nil moror. 17 me non peccasse — ostendam. v. 18 Regnum tibi permitti malunt? Afran. 34 Ubi malunt metui quam vereri se ab suis. Acc. 22 Cuiatis stirpem funditus fligi studet! 197 quem mihi studeo iam dudum dari. 37 Scibam hanc mihi supremam lucem et serviti finem dari. Inc. inc. trag. 85 morituros scivi. 87 Scibam me in mortiferum — bellum — mittere. Afran. 287 te istuc facere officiose scio. 354 scit me illam amare. 360 sinunt di et porro passuros scio. Nov. 20 Puerum mulieri praestare nemo scit. Pomp. Bon. 42 Scio — te illam amare. Acc. 64 sq. qui ducat — Generibus tantam esse inpietatem? Afran. 324 Ut me esse — ducat abs te extrarium. Acc. 96 sq. meam benivolentiam Interisse es ratus? 120 intellego Referundum. Laber. 16 non intellexi Te Mauricatim scire. Acc. 136. 137. 148 tropaeum ferre me a forto viro Pulcrum est. 207 quod re in summa summum esse arbitror Periclum, matres conquinari regias, Contaminari stirpem ac misceri genus. 212 Thyestem clepere ausum esse. Pac. 69 Ubi ego me gravidam sentio adgravescere. Acc. 223 sqq. quid tonitru turbida torvo
Concussa repente aequora caeli
Sensimus sonere?

v. 470 valvas sonere sensi regias. Pall. inc. inc. 45 Sentin senem esse tactum triginta minis? Afran. 220 ah sentio Te non amare me. Acc. 280 quod nefas sit concedi tibi. 288. 289 Amfilocum huc vadere cerno. Titin. 50 pueras hasce — suspirare crevi. Acc. 312 sq. neque te neque quemquam arbitror Tuae paeniturum laudis. 317 Nec perdoliscit fligi socios, morte campos contegi. 321 Mavortes armit duo congressos crederes. 395 dum interruptum credas

nimbum volvier. 433 Credin me amici morte inbuturum manus? Afran. 27 Quodme non posse melius facere credidi. 321 Noli ex stultitia multarum credere esse animum meum. Acc. 345. 366 summam gloriam exorti sines. Titin. 141 Sine eam pedibus iam grassari. Afran. 193 sine prospicere me mihi. Syr. sent. 176 se superari sinunt. Acc. 379. 397 sq. 429 tete esse huic noxae obnoxium. 440 frugis prohibet pergrandescere. 463 ortam fuisse. 499. 515 med ut credam ex tuo conceptum satu. Afran. 281 credo habere — illos tentipellium. Syr. sent. 228 insanus omnis furere credit ceteros. Acc. 560 Ipsam Frygiam mitiorem esse [aio] immani Graecia. Titin. 63 rem magnam aibat velle se mecum loqui. 601 quae ego cuncta esse fluxa — comperi. Iulius 3 fervidam ferri facem. Inc. inc. trag. 5 mater gravida parere se ardentem facem Visa est. Acc. praet. 19 sqq. Visum est — pastorem ad me adpellere Pecus — Duos consanguineos arietes inde eligi Praeclarioremque alterum immolare me etc. usque ad. v. 28. Inc. inc. trag. 16 Eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo. 50 dari arma — Iubet. Titin. 43 clavis — Abstrudi iubeo. Afran. 143 sq. iubeo hominem tolli Et conlocari et confoveri. Inc. inc. trag. 52 sq. Quem — me profiteor esse, mest aecum frui Fraternis armis mihique adiudicarier. 139 sq. neque me patiar — ut olim classem Achivom offendere. Laber. 108 Hominem me denegare quis posset pati? Inc. inc. trag. 148 Religentem esse — oportet. Titin. 98 uti eum oportet libertatem, qui sapit. Syr. sent. 29 animo dolenti nil oportet credier. 41 avidum esse oportet neminem, minime senem. 444 Rarum esse oportet. 817 aut fortem oportet esse aut simplicem. Inc. inc. trag. 193 Meministin te spondere mihi gnatam tuam? 198 Horrendum miserandum impium esse clamitant. 200 bene quam meritam esse autumas. Atta 6 ursum se memordisse autumat. Inc. inc. trag. 247 Finge advenam esse. Acc. praet. 32 quem tu esse hebetem deputes aeque ac pecus. 38 Auguratum est rem Romanam publicam summam fore. Turpil. 56 Quom legere te optimum esset atque aequissimum. 58 sqq. sperabam, Consilia nostra dividiae tibi — Non fore. Pall. inc. inc. 52 Qui te tutamen fore sperarat familiae Domuique columen. Turpil. 91 Patria protelatum esse. 137 sq. litteras misi ad senem — processe nobis ex sententia Mercaturam. 180 deliberatum est, me illis obsequi. Pall. inc. inc. 16 Lachetem audivi percussisse Demeam (ubi ambi-

guitas sermonis non vitata est, v. Quintil. VII, 9, 10). 49 me esse acerbum sibi. 77 Non est beatus, esse se qui non putat. Laber. 47 sq. utrum tu hunc gruem Balearicum an hominem putas Esse? 51 Non putavi hoc eam facturum. Syr. sent. 46 beneficia donari — stulti putant. 273 se semper victuros putant. 522 posse — fieri hunc inimicum putes. 674 nullum putaveris esse locum sine teste. 744 se posse plus iratus quam possit putet. Pall. inc. inc. 85 tu non intellegis tantum gratiae te demere etc. Titin. 49 Nimium te patrocinari censeo benigniter. 119 gaudebit sibi promitti — oreas. Afran. 3 Nescis — me omnem melius rem callere quam volo. 93 Vetuit me — Remeare. 274 sq. Deliberatum est non tacere me amplius: Amyclas — periisse audio. 278 te expediat loqui. 301 Saeviter ferre haec te simula et gnatam — abducere. 342 Malleque se non quiesse dixit. Pomp. Bon. 91 Dixi — illud futurum. Nov. 48 dixin iturum hominem. Syr. sent. 53 dedisse se dicit. Afran. 357 Voluptatem capio maximam, cruciari tu te culpa. 418 Ego memet stultum existimo, fatuum esse non opinor. Pomp. Bon. 51 voveo facturum. Laber. 13 quem ego me — excepisse tibi narravi. 139 sq. quae deleritas Vos subolitoris fecit — Puellitari? Publil. Syr. 17 sq. Aequum est induere nuptam ventum textilem, Palam prostare nudam. Syr. sent. 132 quam miserum est fieri metuendo senem. 396 esse laudabilem. 466 cogit fieri iniuriam. 530 nil prodest bene te didicisse. 665 non est bonitas esse meliorem pessimo. 693 miserum vivere. 731 repelli se homines facilius quam decipi ferunt. 780 Esse necesse est vitia minima maximorum maxima. In exclamatione et interrogatione: inc. inc. trag. 211 tantum gaudium oboriri ex tumultu maximo! Afran. 13 te blaterare atque obloqui? 52 sqq. adulescentis optumas Bene convenientes, bene concordes cum viris Repente viduas factas.

48. Gerundium et gerundivum. Nominativus gerundii Pac. 235 regrediundum est. 378 manticulandum est mihi. Acc. 77 tibi cautim est adeundum ad virum. 541 Contra est eundum cautim et captandum mihi. Titin. 56 nobis faciundum est ita etc. 170 si erit tibi Cantandum. Syr. sent. 758 discendum est. Cum acc. obiecti coniunctum Acc. 174. Afran. 99 Optandum uxorem. Nom. gerundivi Syr. sent. 680 omnis dies velut ultimus ordinandus est. Accusativus Pac. 192 paedagogandum accipit. Pompon. Bon.

122 quod molendum conduxit. Genetivus gerundii et gerundivi: Acc. 217 epulandi gratia. Pac. 43 parentum — investigandum gratia. Acc. 586 Vicissitatemque inperitandi tradidit. Pacc. 220 Inquirendi ut mei parentis mihi potestatem duis. Acc. 276 luminis conspiciendi insolentia. Pac. 24 cernundi — potestatem. Pacc. 117 Cognoscendi — aut contuendi copia. 207 spatium ulciscendi. 358 intelligendi astutia. 410 tuendi — satietas. Acc. 290 pausa loquendi. 418 causandi locus. 432 Acc. 586 Vicissitatemque inperitandi tradidit. Afran. 351 spes reducendi. 97 cacandi causa. Syr. sent. 59 dandi causam. 314 negandi causa. 366 perdendi finem. 369 pereundi — tempus. 563 Cavendi — occasio. 794 Odio — peccandi.

49. Tempora. Praesens historicum post *postquam* et deinde in apodosi positum est inc. inc. trag. 165—168. De actione prohibenda praesens coniunctivi usurpatum est Turpil. 106 ne me attigas, eadem autem significatione perfectum Syr. sent. 281 ne feceris. Perfectum infinitivi habes Acc. 205 Qui non sat habuit coniugem intexe in stuprum et Afran. 17 iam dudum occuluisse, degulasse oportuit. Futurum exactum de re cito conficienda usurpatum Afran. 72 post narravero, cum fut. I in una enuntiatione coniunctum Laber. 128 cum veneris — Consistes aegre. In consecutione temporum offendit inc. inc. trag. 11 sq. Ut se *edoceret* obsecrans Apollinem, Quo sese *vertant* tantae sortes somnium.

50. Modi. Indicativus etiam apud hos poetas scaenicos, de quibus nunc agimus, ut apud priores, in enuntiationibus obiectivis locum habet, quae sunt similes enuntiationum interrogativarum. Acc. 191 dubito quid agis. 303 Viden ut te inpietas stimulat nec moderat metus? 499 Exprome quid fers. Pac. 294 nescio quidnam est. Syr. sent. 626 Mage valet qui nescit, calamitas quid valet. Turpil. 104 viden ut osculatur cariem? Pall. inc. inc. 62 Viden ut cinaedus orbem digito temperat? Afran. 91 Viden ut facunde contra causaris patrem? Pomp. Bon. 102 Volo scire ex te, cur urbanas res — deseris. Laber. 20 mirabar quo modo mammae mihi Tam descendiderant. Afran. 419 Nescio qui nostri miseritust tandem deus. Pomp. Bon. 99 Nescio quis quasi molam urget asinus uxorem tuam. Syr. sent. 319 nescio quid agitat.

Cum temporale cum ind. coniunctum. Pac. 65 cum interventum est. Turpil. 214 quasi cum ventus fert navim in mare. Inc. inc. trag. 85 cum genui. 86 cum misi. 116 Eandem virtutem — veniet tempus cum graviter gemes. 186 Cum te expetebant. Pomp. Bon. 55 Decimus mensis est, cum factum est. 77 Dies hic sextust, cum nihil egi. Cum coniunctivo Afran. 233 In Gallia ambos cum emerem. Laber. 59 tantus cum staret pluor. Afran. 50 Cum — patria partisset bona. 152 me cum privares tui? *Quom* causale cum indicativo coniunctum est Pac. 207 Quom — dament, admixta tamen aliquantulum significatione temporis.

51. Coniunctivus a. condicionalis. Pac. 391 Priamus si adesset, ipse eius commiseresceret. Acc. 13 sq.

Quodsi — stares mecum aut meus [te] maestaret dolor,
Iam diu inflammari Atridae navis vidissent.

Acc. 561 si inpar esses tibi, ego nunc non essem miser. 613 sqq. virum memorabilem Intui viderer, ni vestitus taeter — praedicarent. Inc. inc. trag. 58 sqq. ni Palamedi — prudentia Istius perspexet — audaciam, Fide sacratae ius — falleret. Turpil. 10 possem. Pall. inc. inc. 51 Si nunc redire posset — sic diceret? Afran. 248 sqq. 254 quod si fecissem paulo saepius, Didicisset ferre. 308. 379 sq. Si possent — haberent. Pomp. Bon. 123 plus quaesti facerem, quam quadrinas si haberem molas. Nov. 53 si percontassem, Malum hoc me praeterisset. Syr. sent. 428 quis miserum sciret, verba nisi haberet dolor? 715 quietissime viverent homines, si duo verba tollerent.

b. Coni. potentialis quo pertinent etiam interrogationes dubitativae. Pac. 12 sqq.

sol si perpetuo siet,
Flammeo vapore torrens terrae fretum exusserit
Nocti ni interveniant, fructus per pruinam obriguerint.

v. 130 Si quis hac me oratione incilet, quid respondeam? Acc. 48 quae cum componas. v. 215 sq. Id quod multi invideant multique expedant inscitiast Postulare, nisi laborem summa cum cura ecferas. 231 sq.

Egone Argivum imperium attingam aut Pelopia dignes domo?
Quo me ostendam? quod templum adeam? quem alloquar?

280 nefas sit. 321 Mavortes armis duo congressos crederes. 542 sq. cui potestas si *detur*, tua malis membra *discerpat*. 562 qui — mandet. Inc. inc. trag. 120 sqq. si quis — immolet — dubium fuat? 122 an — fuat? 150 si quis me videat — dicat. 177 quid eum accuses, qui est probus? 180 Quid autem *accuses* qui id parvi auditum aestimet? Acc. pract. 1 quod sciam. Lusc. 2 quid ego hic praedicem. Turpil. 120 quid ego te appellem. 196 quid agam? Pall. inc. inc. 90 ubi non sis etc. Titin. 120 qui illam derivet, beaverit Agrum Setinum. 160 vellim. Atta 12 vertamus vomerem — an mucrone — aremus osseo? Afran. 31 si non verear, nemo vereatur tui. 198 sq. Non usque quaque — invenias locum, ubi — cum velis, facias lutum. 377 Excludat uxor — virum? Pompon. Bon. 53 Ita velim facias. 84 Ego illam non amplectar? ego non saviem? 177 eis te obiectes? 183 quo pacto caream tam pulchra penu? Nov. 129 decidas. Syr. sent. 7 aegre reprendas quod sinas consuescere. 35 avaro quid mali optes nisi 'vivat diu'. 36 avarum facile capias, ubi non sis item. 101 cui *nolis* saepe irasci, irascaris semel. 166 fortunam citius reperias quam retineas. 203 facias. 221 iniuriam ipse facias, ubi non vindices. 226 inpune pecces in eum, qui peccat prior. 266 maledictum interpretando facias acrius. 292 minus saepe pecces. si scias quid nescias. 295 miserum est tacere cogi, quod cupias loqui. 298 mortem ubi contemnas, omnes viceris metus. 348 occidi pulchrum, ubi cum ignominia servias. 324 nil peccent oculi, si oculis animus imperet. 327 nisi per te sapias, frustra sapientem audias. 329 nisi vindices delicta, improbitatem adiuves. 336 non facile solus serves quod multis placet. 358 quae nequeas pati. 401 quam miserum est cogi opprimere, quem salvum velis. 434 quod fugere credas. 435 quod nescias cui serves, stultum est parcere. 440 quod timeas citius quam quod speres evenit. 494 veterem ferendo iniuriam invites novam. 495 virtute quod non possis, blanditia auferas. 511 frustra — repetas adulescentiam. 515 non ausis. 529 Nescias. 545 Ubi sis cum tuis, etsi absis, patriam non desideres. 572 consilio melius vincas quam iracundia. 580 discute quod audis omne, quod *credas* proba. 616 iniuriam facilius facias quam feras. 646 invenias. 671 nulli impones, quod ipse ferre non queas. 686 peccatum amici veluti tuum recte putes. 727 quod nescias, damnare summa est temeritas. 734 rex esse nolim

etc. 735 roganti melius quam imperanti pareas. 744 se posse plus iratus quam possit putat. 781 eo carere quod invitus possideas. 793 nullus est tantus quaestus quam quod habeas parcere. 800 Quem bono tenere non potueris, contineas malo. 819 cum inimico ignosces, amicos gratis plures compares. 826 Est ignorantia nescire quod pecces.

c. Coniunctivus imperatorius (adhortativus, optativus). Acc. 15 Iram infrenes, obstes animis, reprimas confidentiam. 156 Virtuti sis par. 203 oderint. Pomp. 8 sqq. Pendeat ex umeris dulcis chelys Et numeros edat varios, quibus Adsonet omne — nemus. Inc. inc. trag. 159 Pereant amici, dum inimici una intercidant! Acc. praet. 36 haec bene verruncent populo. Turpil. 102 di istunc perduint. 139 Di advenientem perdant. Pall. inc. inc. 82 Ab alio expectes = Syr. sent. 1. Titin. 51 nuntiet. Afran. 120 Iactabit sese. — Iactet. 264 di te mactassint malo. 356 parcas. 359 Di tibi *dent* propria, quae cumque *exoptes* bona. Pomp. Bon. 35 bene evenat! 36 Ita sit: etiam tibi bene sit. 92 Evannetur. 137 te di — mactassint. Nov. 24 Multum ames, paulum des crebro, venias rarenter. Syr. sent. 18 ames parentem, si aequus est: si aliter, feras. 20 amici mores noveris, non oderis. 122 dies quod donat, timeas. 129 dulce etiam fugias, fieri quod amarum potest. 157 feras facilia. 158 feras, non culpes quod mutari non potest. 206 id agas. 239 iratum breviter vites. 258 licentiam des linguae, cum verum petas. 279 malo — parcas etc. 325 nil proprium ducas quod mutari possiet. 415 cogites = 690. 536 ipse noris neminem. 547 alterius damnum gaudium haud facias tuum. 569 cogas amantem irasci, amari si velis. 570 conscientiae potius quam famae attenderis. 674 nullum putaveris esse locum sine teste. 810 solitudinem quaerat, qui vult cum innocentibus vivere. 786 Neminem cito accusaveris neminem cito laudaveris. 836 inimicos ferat.

d. Coniunctivus coniunctus cum particula *utinam* Acc. 52 utinam — mactasset. 167 Utinam — Tutetur. 190 utinam memet possim obliscier. Turpil. 125 O utinam nunc apud ignem aliquem — adsidam. 192 Utinam possim tibi referre gratiam. 207 utinam istuc perpetuum itiner sit tibi! Pac. 138 Utinam nunc matrescam.

e. Coniunctivus in interrogationibus obliquis earumque similibus enuntiationibus obiectivis. Pac. 100 inveni — Orestes uter esset. Pac. 17 ad quaerendum, quid siet. 30 dic quid faciam.

35 quid sit facto opus decernite. 50 sq. Viam quam insistam dubito aut quod primordium Capissam. 152 Nil coniectura quivi interpretarier, Quorsum — contenderent. 214 ut sciscam quid velit. 292 Ecfare, quae cor tuum timiditas territet. 377 scit — quid promeruerit. Acc. 1 Qua re alia — effugere possis, delica. 103 Nec quei te adiutem invenio. 309 Proin tu id cui fiat, non qui facias compara. 310 sq. quantum obfueris — Considera et quo revoces summam exerciti. 343 qui sis explica. 485 Cuius vos tumulti causa accierim et quid parem, animum advortite. 608 Non vides quam turbam — concites? 628 quid capias consili, Vide. Inc. inc. trag. 122 Quid meritus hic sit, dubium id an cuiquam fuat? 176 nequeo — Qua causa accusem hunc — evolvere. Lusc. 2 bellum cum Rhodiensibus Quod fuerit, quid ego hic praedicem? Turpil. 13 nosti quam sit gracili corpore. 14 ut res sit gesta enoda mihi. 16 quid mihi vellem ex insolentia Nescibam. Afran. 278 Ut scire possis, adquo te expediat loqui. 396 Praefestinamus, quae sit causa, sciscere, Quod sit necessum scire. Pomp. Bon. 98 rogas quid fiat? 110 indica Qui illud aurum abstulerit. 131 neque illo quid faciam scio. 138 Si sciam quid velis. Nov. 20 quanto siet Melior. Laber. 68 nil refert, mollem e lanitia Attica An pectore ex hircorum vestitum geras. Syr. sent. 13 amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt. 22 amicum an nomen habeas, aperit calamitas. 45 qui non sentit quam male dormiat. 142 oblivisci qui sis. 360 intellegere quid celet deus. 387 prospicere — quid bellum iuvet. 414 quid ipse sis, non quid habearis, inter est. 415 quo pervenias cogites. 501 vultu an natura sapiens sis, multum inter est. 529 Nescias quid optes aut quid fugias. 571 considera quid dicas, non quid cogites. 668 non quam multis placeas, sed qualibus stude. 714 quid quisque possit, nisi temptando nesciet. 728 quo animo facias nihil inter est. 729 Refert quam quis bene vivat. 738 sanctissimum est meminisse cui te debeas. 767 refert in quam partem intellegas. 802 quid refert quantum habeas?

f. Coniunctivus in enuntiationibus sumptionis ficti. Acc. 326 Si quis esset etc. Inc. inc. trag. 49 si intellegas. Turpil. 115 sq. si quidem sit quisquam deus, Cui ego sim curae. Titin. 26 Ni nos texamus, nihil hic est etc. Afran. 350 quasi verbum fecerim. Pompon. Bon. 63 si — attenderim. 180 Tamquam frater mihi sis. Syr. sent. 21 amici vitia si feras. 61 si offeras. 357

si belle neges. 525 minime amicus sum, fortunae particeps nisi siem tuae. 530 nihil prodest bene te didicisse, facere si cesses bene. 563 bona quae veniunt, nisi sustineantur, opprimunt. 662 nimium est in morte boni, si nil siet mali. 725 quod est timendum, decipit si neglegas. 746 si nil velis timere, metuas omnia. 789 ni gradus servetur, nulli tutus est summus locus.

g. Coniunctio *ut* cum coniunctivo iuncta. a) *ut* positum in enuntiationibus obiectivis, quae exprimunt fieri aliquid, effici, prodire ex eo quod enuntiatio primaria significat. Acc. 508 edicite — ut. Pac. 67 ut verear eloqui, porcet (= prohibet) pudor. 72 sat agere ut ne in amore animum occupes. 153 aequiperare ut queam Vereor. 179 sq. Habet *hoc* senectus in se, — Spisse *ut* videantur omnia ei confieri. v. 187 edicam, — ut eant. 220 te — invoco, Inquirendi ut mei parentis mihi potestatem duis. 305 satis habeam virium ut te ara arceam. Acc. 229 Ipsus hortatur me frater, ut meos malis miser Manderem natos. 369 contendam ut—aveham. Pomp. 4 te obsecro, Stirpem ut evolvas meorum [me]que notifices mihi. Inc. inc. trag. 11 Ut se edoceret obsecrans Apollinem. v. 23 Postquam abs te — ut venirem tetigit aures nuntius. 166 paene ut comprehendatur parat. 188 ut restituam paro. Acc. praet. 6 Te — invoco, Portenta ut populo patriae verruncent bene. Turpil. 68 volo ut familia nostra officia fungatur sua. 81 Hortatur — ut proficisceret. 86 meres Merito ut diligare. 86 haec si inpetro abs te ut facias. 93 contendas ut — Liceat redire. 211 te oro, ut illius miserae commiserescas orbitudinis. Pall. inc. inc. 6 cavit, vitia uti transcenderent Auctoris poenae. Titin. 23 facito ut multetur. 33 obsecro, Ut mihi subvenias. 52 nuntiet Geminae, ut res — suas procuret, aedibus Facessat. 130 facite in suo quique loco ut sita sint. Afran. 83 Deos ego omnis ut fortunassint precor. 117 comparatum est, uno ut simus contentae viro. 142 hortabatur, Ut etc. 177 Vide ut puellam curent. 202 potin' ut hinc facessas? Pompon. Bon. 11 puriter Fac ut rem tractes. 31 More fit, moriri suam quisque uxorem ut velit. 43 Possum exorare te ut recedas. 50 Facite ut ignis fervat. 92 ut fiat fecero. 116 curavi ut occuparem. 132 Vis facere ut noverca vetulum — deserat? 167 curabo, ut — omnis — adsentiant. Syr. sent. 108 ut noceat rogas. 420 expectat ut rogetur. 429 qui timet amicum, amicus ut timeat docet.

699 prope est libens ut damnet. 794 Odio oportet ut peccandi, non metu facias bonum. b) *ut* de consilio positum (finale). Pac. 40 ut essent qui me perderent. 213 occidisti, ut multa paucis verba — obnuntiem. 214 ut sciscam. 244 sq. ut — abluam Lassitudinemque minuam. Acc. 170 suas ut auro locupletent domos. 281 ut quirem. 292 ut ne quis nostra verba cleperet. 298 ut — expleam. 495 sq. Ut — terras — Proscindant glebasque — exuscitent. 502 Ego ut essem adfinis tibi, non ut te extinguerem, Tuam petii gnatam. 509. 515 med ut credam ex tuo esse conceptum satu, Multa argumenta redigunt animum. 590 Natus uti tute sceptrum poteretur. 598 omnis saucios Convisit, ut curentur diligentius. inc. inc. trag. 79 mane, porro ut audias. 83 ibo ut latebras — rimer. 168 sqq. id ea gratia, Ut — effugeret, illum ut maeror tardaret sequi. Sibi salutem ut — pareret. Pall. inc. inc. 84 Perdenda sunt multa, ut semel ponas bene. Afran. 49 ut latites et nos ludas diutius. 162 Ut mittat fratris filio lucunculos? 327 explodam hominem ut vilicetur. 358 ut partum proiceret pater. 416 ut tibi cervicem fingam. Pomp. Bon. 57 ut videantur mulieris Verba. 133 votum ut solveret. 143 ut ne quis esset testis. Laber. 36 ut aliquid gustes. 74 ut posset. Publil. Syr. 12 sq. ut — Tollat. 16 ut scintilles. Syr. sent. 126 diu apparandum est bellum ut vincas celerius. 157 ut difficilia perferas. 278 malitia ut peior veniat, simulat bonam. 591 feras quod laedit, ut et id quod prodest feras. 694 poena ad malum serpens ut proterat venit. 723 qui venit ut noceat. 734 rex esse nolim ut esse crudelis velim. 857 ut plures corrigantur. c) *ut* consecutivum. Acc. 146 ita — Ut cuncta opima levia — prae illis putet. Inc. inc. trag. ita — ut vinci nesciant. Pall. inc. inc. 37 Tanta laetitia auctus sum ut nil constet. Titin. 56 sq. nobis faciundum est ita, Ut — nos comparemus etc. Syr. sent. 69 ut non alicui sit mala. 522 ita — ut — putes. 622 late lucere ignis ut nihil urat potest.

h. Coniunctivus omissa *ut* coniunctione. Pac. 281 sq. fac — respondeas. Turpil. 146 fac ego potiar. Afran. 67 mitem faxo faciant. 177 conforment iube. 308 Vellem intervenissem. Pomp. Bon. 57 Vocem deducas oportet. 58 Iube — adferatur munus. 103 fac voluptati sies. Nov. 97 Puriter volo facias. 115 ducas licet. Laber. 126 Necesse est multos timeat. Titin. 27 Nec

noctu nec diu licet fullonibus quiescant. Inc. inc. trag. 15 temperaret tollere.

i. *ne* coniunctio a) apponitur imperativo et coniunctivo imperatorio. Acc. 95 Ne retice. 279 ne attenderis. Inc. inc. trag. 148 Religentem esse — oportet, religiosus ne fuas. Syr. sent. 281 ne feceris. 578 de inimico ne loquaris male. sed cogites. 726 ne — puta. b) *ne* aptum est ex enuntiatione, quae actionem aliquam declarat e consilio prohibendi vel impediendi profectam (v. Hand. Tursell. IV, p. 40). Pac. 116 mandat ne matri fuat Cognoscendi — copia. 125 sqq. abs te oro, *ni* me inexorabilem Faxis: *ni* turpassis — aetatem tuam, Oro, *nive* plectas fandi mi prolixitudinem. Acc. 89 luctus facit, Ne dubitem. 556 quod te obsecro, aspernabilem Ne haec taetritudo mea me inculta faxsit. 191 cave ne in turbam te inplices. 279 cave ne pendeas. Acc. praet. 32 sq. vide, ne — gerat. Afran. 186 ne requiram te vide. Turpil. 112 Verita sum, ne — cum illa limassis caput. Titin. 107 Metuo — ne nimis stulte fecerim. Pomp. Bon. 8 id credo metuis ne invidiae siet. Publ. Syr. 2 ne quis latibuletur, prospice. Syr. sent. 206 id agas, tuo te merito ne quis oderit. c) *ne* non est aptum e verbo aliquo praegresso, sed per se extantem efficit enuntiationem, quae significationem habet consilii. Pac. 181 ne moraret diutius. 200 *Neu* — sireis. 228 *ne* vim qui attolat *neve* attigat. Acc. 284 Ne cui cognoscar noto. 568 vulnus ne succusset gressus. 600 Ne — vastescant. Inc. inc. trag. 57 ne coiret. Titin. 33 ne ego maialis fuam. 44 rusticae togai ne sit copia. 46 ne quo — exiret. Afran. 68 ne ille inaudiat. Pomp. Bon. 6 ne meae male olant manus. 95 ne te noscat. Laber. 79 Ne — videam.

Ne omissum est Acc. 304 cave vestem attigas. 456 Cave lassitudo poplitum — cursum levet. Syr. sent. 85 cave amicum credas. 86 cave quicquam incipias, quod paeniteat.

k. Coniunctivus cum *quin* coniunctus. Acc. 330 haut fatiscar quin tuam inplorem fidem. Afran. 170 sqq. nullam — accessi ad aram, quin deos — defetigarem. 178 Non potest quin — olat. 371 Qui propositis noenum potest, quin meo sit nixus nomine.

l. *dum* = dum modo cum coni. coniunctum. Pac. 288 dum prosim. Acc. 203 sq. oderint, Dum metuant. Pomp. Bon. 152 rumorem parvi facio, dum sit rumen qui impleam. Afran.

411 Dum modo doleat aliquid, doleat quidlubet. — *antequam:* Syr. sent. 645 mori est felicis, antequam mortem invocet.

m. Coniunctivus in enuntiationibus relativis. a) post adi. *dignus.* Pac. 25 dignum quicum certetur. b) si enuntiatione relativa qualitas personae vel rei describitur. Pac. 25 An quis est qui — putet. Acc. 147 quid est, cur componere ausis mihi te. 554 Quis tu es mortalis, qui in deserta — te adportes loca? Pall. inc. inc. 90 non est cur velis Vivere. Afran. 63 non desunt mihi, Qui ultro dent. Pomp. Bon. 14 Vix nunc quod edim invenio. 151 ego quaero quod edim, hae quaerunt quod cacent. 158 Nunqui hic restitit, qui nondum labeas lerarit (= confoderit) mihi. Nov. 6 Quod editis, nihil est: si vultis quod cacetis, copia est. Syr. sent. 127 dolor decrescit, ubi quo crescat non habet. c) si coni. de consilio positus est. Acc. 201 Qui illius acerbum cor contundam et comprimam. Titin. 29 cretam — vestimenta qui laves. Afran. 277 missa sum — quae — cohibeam. d) enuntiatio relativa consecutivam habet significationem. Acc. 684 Nullum est inperium tantum — Quod non labascat lingua, mitiscat malo. Syr. sent. 532 nulla tam bona est fortuna, de qua nil possis queri. e) enunt. rel. causam continet. Atta 7 Nilne te populi veretur, qui vociferere in via? Afran. 46 di sunt irati tibi, Qui conciere cogites tantum mali.

n. Coniunctivus in enuntiationibus secundariis orationis obliquae. Pac. 368 quo id saxum inpulerit fors. 369 sqq.:

Insanam autem esse aiunt, quia atrox incerta instabilisque *sit:*
Caecam ob eam rem esse iterant, quia nil *cernat* quo sese adplicet:
Brutam, quia dignum atque indignum *nequeat* internoscere.

Turpil. 59 cum aetas accesset. Acc. 193 Cuius sit vita indecoris. Inc. inc. trag. 14 sq. puerum, primus Priamo qui *foret* natus, temperaret tollere. 51 si studeamus. 169 dum — captaret. Pall. inc. inc. 90 ubi non sis qui *fueris* non est cur velis Vivere. Pomp. Bon. 167 curabo, ut ubi *cognorint*, omnis — adsentiant. Syr. sent. 120 despicere oportet, quidquid *possis* perdere, ubi oportet cum inf. efficit quasi enuntiationem obliquam. 444 Rarum esse oportet quod diu carum velis. 643 miserum te iudico, quod numquam fueris miser.

52. Numerus verbi. Singularis verbi positus est post com-

plura subiecta Acc. 349 Persuasit maeror anxitudo aegror dolor. Afran. 140 res tempus locus, simul otium hortabatur. — Participia singularis numeri praesente, absente etiam apud hos poetas scaenicos, sicut apud priores, cum plurali substantivi vel pronominis coniunguntur. Acc. 428 praesente his. Afran. 6 absente nobis. Pomp. Bon. 47 praesente amicis. 168 praesente testibus. Nov. 57 praesente omnibus.

Verba impersonalia activa: Pac. 44 dolet pigetque. 198 Neque te mei miseret. 354 miseretur tui (Non. 477, 16 miseretur pro miseret). Acc. 312 sq. neque te neque quemquam arbitror Tuae paeniturum laudis. Inc. inc. trag. 21 hoc dolet pudet piget. 245 sq. nilne te Horum fortunae, nil commiserescit meae? Turpil. 55 Quam matris tui patris me miseretur magis (Non. 477. 14 miseretur pro miseret). Atta 7 Nilne te populi veretur. Syr. sent. 5 ad paenitendum properat. 516 paenitenda. Nonnunquam personaliter usurpantur: Pac. 31 Proloqui non paenitebunt liberi ingrato ex loco. 391 ipse eius commiseresceret. Turpil. 104 num illam illaec pudent? Impersonale passivum est ap. Turpil. 141 ita conventum.

53. Adiectiva substantivorum vice funguntur. Pac. 153 promerita vestra. Inc. inc. trag. 260 in secundis — in adversis. Syr. sent. 470 in dubiis. 513 in adversis — in secundis. 696 in adversis. Afran. 78 nimium (bis).

IV. De enuntiationibus et particulis.

54. Asyndeton vel singulorum vocabulorum vel enuntiationum: Acc. 393. 394. 437. 444 sq. 614 sqq. vestitus taeter, vastitudo, Maestitudo. Inc. inc. trag. 198 Horrendum miserandum inpium. 207 sq. palaestra Eurota sol pulvis labor Militia. 210 Vos enim iuvenes animum geritis muliebrem, illa virgo viri. Acc. praet. 29. Turpil. 195 tollit aufert. 201 Coronam mensam talos vinum. 208 Nobilitate, factione. Afran. 9 Mare caelum terram. 171 Suppliciis sumptu votis donis precibus. Turpil. 114 Maris scopuli, sonitus, solitudo, sanctitudo Apollinis. Pall. inc. inc. 71 Clamor lapides fustes gladii. Afran. 245 sqq. involat In collum, plorat orat, occurrit nepos Pausillus, neptis porro de lecto frigit. 252 Vixisti tristis durus difficilis tenax. 253 non ego te novi

tristem serium? 304 Offendit fregit rumpit icit poculo. Laber. 28 bis ter.

Attractio substantivi, quod proprie ad en. secundariam pertinet, in en. primariam: Acc. 19 *quem* scis quali in te siet Fidelitate.

Oratio recta pro obliqua: Pall. inc. inc. 53 nonne putas sic diceret? Pomp. Bon. 106 suffragabunt post. scio. Nov. 61 spero rem faciet. 98 facilitatem video uteris vulgariam.

55. Ut iam ad enuntiationes interrogativas nos convertamus, primum nobis spectandae erunt interrogationes sine particula interrogationis positae. Acc. 18. 51. 366 sq. 624. Ovid. 1 perdere an possim, rogas? inc. inc. trag. 84. 151. Turpil. 1 intus cessas? 11 testamentum ergo celabis? 25 Etiam me irrides, pessime ac sacerrime? 92 Habet potestam. — Ubi? potestatem? 153 Ego praestolabo illi oscitans ante ostium? 212 Cesso occupare etc. Titin. 93 mei fastidis, Meae deliciae? Afran. 13 te blaterare atque obloqui? 69 sq. nudiustertius Tute advenisti? 133 Meretrix cum veste longa? 206 Me obsequere amori? 232 Contemnes? 377 Excludat uxor — virum? 424 Etiam quicquam egisti? Pomp. Bon. 43 Possum exorare te —? 84 Ego illam non amplectar? ego non saviem? 98 Nunc rogas quid fiat? 157 Iamne abierunt? iam non tundunt? iamne ego sum in tuto satis? 177 Et eis obiectes etc. Nov. 20 sq. Laber. 63 Duas uxores? Publ. Syr. 17. Syri sent. 608 imperium habere vis magnum? 697 potest non esse honestum quod non liberum est? Acc. 608 Non vides? Pall. inc. inc. 85 quid? tu non intellegis etc. Afran. 98 Non audisti? 253 non ego te novi tristem serium? 347 Non dolorum partionis veniet in mentem tibi etc. Pro enuntiatione conditionali Syr. sent. 536 omnibus vis esse notus?

56. *ne* dubitativum Pac. 34 nilne ad te de iudicio armum accidit? 119 Hicine is est etc. 318 Nihilne — adportet. Acc. 96 Hocinest. 98 Satin. 231 Egone Argivum imperium attingam. 303 Viden = Pall. inc. inc. 62 = Afran. 91 = 322. — Acc. 417. 427 Egone etc. 433 Credin. 475 Satin astu et fallendo callet? 491 Tun quod superest socium mittis leto? an lucti paenitet? Inc. inc. trag. 93 Hicine ille est. 193 Meministin. 245 nilne te Horum fortunae, nil commiserescit meae? Turpil. 88 Satine. 102 Viden tu — incessum? 104 viden ut osculatur cariem? 117

Sanusne es. 130 ignoscere Istic soleatne eas minoris noxias. Pall. inc. inc. 14 Videsne haec? 15 Sponden tuam gnatam etc. 45 Sentin. Titin. 62 Numquamne — licebit. 81 tibin. 120 Vidistin Tiberim. 202 potin'. 217 Ambon adestis? 412 tanne (= tamne). Pomp. Bon. 157 Iamne abierunt? — iamne ego sum in tuto. Nov. 3 licetne. 48 dixin. 92 manen? 119 Nuncine me deicis? Atta 1 Daturin estis aurum? Duplex *ne* in disiunctione adhibitum est Acc. 479 *utrum* terrae*ne* motus, sonitus*ne* inferum Pervasit auris ex coniectura Buechleri, cf. Hand. Tursell. IV, p. 86 sq. In solo altero membro interrogationis disiunctivae positum est *ne* Acc. 537 ubi habet? urbe agrone? De ea forma disiunctionis, ubi in priore membro *ne*, in altero *an* positum est, vide § 57.

Nonne reperitur Pac. 16. 129. Acc. 288. Pall. inc. inc. 53.

57. *An* particula a) ponitur in altero membro disiunctionis. Laber. 47 utrum tu hunc gruem Balearicum an hominem putas Esse? Acc. 182 fortunane an forte repertus. Inc. inc. trag. 69 ferron an fato. Acc. 463. Laber. 68 nil refert, mollem e lanitia Attica An pectore ex hircorum vestitum geras. 120 sq. Decorem formae an dignitatem corporis, Animi virtutem an vocis iocundae sonum? Syr. sent. 22 amicum an nomen habeas, aperit calamitas. 501 vultu an natura sapiens sis, multum inter est. Turpil. 126 Ante facta ignei committo tristitie an te, Dorcium? b) antecedit alia interrogatio, qua, cur aliqua res sit, quaeritur. Tunc posito *an* adicitur per coniecturam sententia (Hand. Turs. I, p. 352). Laber. 24 Qua re tam arduum ascendisti? an concupivisti eugium Scindere? c) *an* ponitur ab his scriptoribus nonnunquam in simplici interrogatione sive recta sive obliqua sine disiunctione. Sic Acc. 491 an lucti paenitet? Inc. inc. trag. 122 dubium id an cuiquam fuat, ubi fuat est coniunctivus potentialis. Turpil. 171 O dic mihi, an oblita — es eius — mansiones —? Ovid. 1 perdere an possim, rogas? Huc refero etiam Acc. 122 Fortasse an sint, quos hice non mertet metus. In nonnullis locis diiudicari non potest, num huc sint referendi, cum sint fragmenta, sic Acc. 665 An haec iam obliti sunt Phryges? Titin. 111. Publil. Syr. 12.

Num Pac. 241. Acc. 591. inc. inc. trag. 114 Num non vis. Turp. 104 num illam illaec pudent?

58. Adverbia loci. *unde* aut interrogativum est aut rela-

tivum. Pac. 155 unde exoritur? 107. Acc. 455. 533. 566. 677. 424. inc. inc. trag. 19. 76. Nov. 55. Syr. sent. 162 unde abiit. 172. 733.

inde Pac. 121. 252. Acc. praet. 21. inde abhinc Pac. 21. *undique* Pac. 415. *hinc* Pac. 16. 184. 255. 326 Facessite omnes hinc. 418. Acc. 266. 438. 519 Cesso hinc ire —? 660. Titin. 182. Afran. 76 Hinc abiit. Turpil. 5. Afran. 202 potin' ut hinc facessas? 203 facesse hinc. 265 *Hinc* auscultavi *procul.* Pomp. Bon. 90. — Pac. 92 Indidemque.

Ubi et interrogativum est et relativum; proprie de loco dicitur, sed relativum convertit se etiam in significationem temporis. Pac. 134. 225. 337. 69. Acc. 154 *Ubi* cura est, *ibi* anxitudo acerbast, *ibi* cunctatio. 324 Ubi nunc terricula tua sunt? 243. 418. 476. 537 ubi habet? 569. 613 de tempore. 452. 54. inc. inc. trag. 119. 152. 43. 75 Acc. 425 ubi ubi est. Turp. 9. 64 ubi — audierit. 69. 92 Ubi? 194 de tempore, item Pall. inc. inc. 3 Ubi venit Megaram. 90. Titin. 11. 28 de loco, item Atta 10. Afran. 34. 136 *ubi hic* Moschis — habet —? 199 (relat.). 272. 345 ubi confixus desides? Pomp. Bon. 40 ubi — ibi. 96. 167 ubi cognorint. Nov. 50. De tempore Laber. 131 in autumno, ubi etc. Syr. sent. 52. 105. 127. 221. 284 ubi — tunc. 293. 298 (de tempore). 321. 344. 348. 350. 404. 405. 457. 473. 477. 489. 490. 491. 512. 533 (de loco). 537. 545. 607. 685 ubi cumque. 695 tunc, ibi. 759. 762. 764. 765. 766. 763 ubi cumque — ibi. 783. 790. 795. 797. 828. 840. 849. 850. 851. 852. 853.

ubicumque inc. inc. trag. 92 ubicumque est. — *ubivis* Acc. 434. *ubique* Afran. 398.

